



Gno?thi Seauton. Hoc est, De homine integro. Corrupto.

Renato. Glorificato. : Et de uicinis rebus, simplex, dilucida, & solida doctrina

<https://hdl.handle.net/1874/406644>

ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥ
ΤΟΝ.

Hoc est,
DE HOMINE

**INTEGRUM.
CORRUPTUM.
RENATUM.
GLORIFICATUM.**

Et de vicinis rebus, Simplex, dilucida,
& solida doctrina, ordine tra-
dita in Academiale-
nensi, à

Iohanne Vuigando.

FRANCOFORTI APVD PE-
trum Brubachium, Anno
M. D. LXII,

AMPLISSIMO AC
PRUDENTISSIMO SENATVI
ac Reipublicæ Argentorateni, Domi-
nis & amicis suis colendis,
G. & P. per Christum.



ERSÆ in contuiuijs soliti sunt mortis quādam imaginem arte sculptam hospitiis suis spectandam propo- nere, quā unusqñisq; de suæ naturæ fragilitate & exitu uitæ commone- fieret, ne quid immoderati saceret. Sic me- moria traditum est, Philippum deuictis Atheniensibus quotidiè sibi mane surgenti de lecto uoluisse suggeri, Memineriste ho- minem esse, ne uidelicet nimium successu rerum elatus, quæ nō decerent ageret, sibiq; exitium accerseret. Multa etiam alia in Ethniciis scriptis prudenter, solerter, ac præcla- rē in eam sententiam tradita sunt. In primis uero omnium literis atq; sermone celebra ta est hæc sententia: Nosce teipsum, quam quidem ipsi Apollini tribuerūt, eiusq; pha- no inscripserunt.

Viderunt itaq; omnes sani inter Ethni- eos, ingentem hominis naturæ inesse im-becillitatem, neq; esse ullum animal in or- be terrarum, quod singulis momentis tam multis tamq; mirabilibus & grauibus ærū-

PRÆFATIO.

nis atq; casibus sit expositum, ac homo Iudi-
cārunt deinde ex hac perpetua considera-
tione & meditatione, impetus animorum
luxuriantes, & ad pessima quæq; tentanda
proclives, ueluti quodam freno cohercen-
dos, uel certè mitigandos esse. Nam lux
quædam in mente licet obscurior, etiam
gentibus dictauit, non esse conueniens na-
turæ humanæ, uitam turpibus factis deho-
nestare, imò ex plurimorum exemplis sta-
tuerunt, atrocia delicta comitari atroces
pœnas. Vnde natæ sunt istæ gnomæ: Vnus-
quisque est suæ fortunæ faber. Item, Qua-
lia quis agit, talia & patitur, & similes.

Sed ô infœlices mortales omnes, quan-
tacumq; sapientia, doctrina, uirtute, excel-
lant, si luce uerbi diuinæ deſtituantur. Nam
neq; naturalis lux in ratione omnium ho-
minum aliquomodo fulgens, & à brutis
eos discernens, neque ulla illorum Ethni-
corum sapientia & eruditio ex ulla literis
humanis acquisita, propriam, ueram & so-
lidam de ipso homine doctrinam perspi-
cit, nouit, explicat. Primam enim illam &
præstantem hominis creationem ignorat
penitus. De ruina eius & origine mortis,
ac misericordiarum humanarum, nihil tenet.
De Satanæ in homines imperio & tristi ty-
rannide, nihil explicati habet. De regenera-
tione admirabili, recuperatione uirium
spiri-

PRÆFATIO.

spiritualium , de inhabitacione Dei in sanctis , multò minus scit . Denique de integra hominum restitutione , gloria , uita beata , nihil certi ulla sagacitate inuestigare potest . Versantur igitur in hac tristí caligine , quòd putant , hanc infirmítatem hærentem in natura humana , primos hominum parentes in hunc mundum ab architecto suo attulisse , neque esse aliam sortem iuxta creationem suam homínū , quām pomi aut flosculi aut uaccæ , quæ omnia non sunt ad perpetuam durationem condita , sed eam ἀδυνατίαν in sua natura habent , ut aliquo tempore existant , postea uero suo quodam termino diuinus præfinito iterum intereant , atque in eleminta , unde constant , resoluantur . Opinan tur disciplinam & uirtutes in hac caduca & fluxili ætate , aliquam felicitatem & remunerationem tantum consequi . Denique licet obscuras quasdam coniecturas uel persuasiones de altera post hanc , uita habeant , (fortè quia ueluti ex longinquο ex Ecclesia Dei , quam semper Deus in mundo ex ingenti misericordia conseruauit , aliquem quasi rumorem tantarum rerum percepérunt) tamen eas tenebris suis naturalibus , & receptis philosophorum traditionibus , horribiliter rursum quasi se pelierunt ac deformarunt .

PRÆFATIO.

Neque uero tantum fuit humanum opus, quod sōlante uera doctrina passim in Asia, præsertim uero in Palestina & circa eam regionem, inde usque ab Adam prima hominum radice, per Patres, Prophetas, & deniq; etiam per Christum eiusq; Apostolos, qui uniuersum penè orbem terrarum peragrarunt, tamē florentissima & frequenterissima mundi loca, ubi artium ac disciplinarum studia uiguerunt, ut Athenis, ut Alexandriae, & alibi, tamē profunde, tamē dense, tamē palpabiles de tantis rebus tenebrae dominum quasi suum obtinuerint. Sed ea in re incredibilis diaboli potētia cernitur, qui miserrimos mortales redactos sub suum iugum, tam potenter obceccare & aduersus ueritatem coelestem quasi adamantino quodam muro uallare potuit. Tremendū quoque Dei iudicium in mentem ueniat, quod maximam partem, imo florem quasi quantum quidem ad res carnales attinet, generis humani, in hoc tristi iugo Satanæ & horribilium errorum pelago reliquit, ut nimis iustum atq; ingentem iram suam aduersus ruinam hominum in tam longa posteritate declararet.

Immensus igitur, gratuitum & clementissimum Dei beneficiū est, æterna memoria ac cœlebratione prædicandum, q; ueram, certam, perspicuam, solidam doctrinam de summis

PRÆFATIO.

summis rebus, quarum cognitio homini bus ad hanc præsentem atque æternam uitam summopere necessaria est, non modo reuelare, sed etiam in certa quædam monu mента confignari uoluit, imò quòd ea con tra omnes omnium diabolorum & mundi huius furores, infidias, machinationes conseruauit, & aliquem cœtum spiritu suo sancto erudiit, qui tantis Dei donis recreatus, sanctificatus, ornatus, Deum rectè inuo cauit, celebrauit, & resurget ad æternam gloriam.

Ex hoc igitur fonte seu copiaæ cornu, nē pe ex uerbo Dei tantum, necessariam, plenam, & utilissimā doctrinam de hominis origine, lapsu, reparatione atq; restauratio ne hauriamus, neq; patiamur eam rursum tenebris ethniçis obscurari. Nam hīc discis quanta cum præstantia homo primitus à Deo rerum omnium autore fuerit conditus, ad imaginē ipsius archetypi, adeò ut nihil praui, nihil distorti, nihil mortale in ipso fuerit. Fulgebant in mente uera Dei noti cia, in uolūtate summa promptitudo & facilis ad res omnes expediēdas, & cultum quem Deus requirebat præstandum. In corde ardebāt ordinati & pucherrimi affectus, congruentes cum uoluntate Dei. Audis in hisce monumentis istam horribilem naturæ humanae peruerſionem ac disturbatio

PRAEFATIO.

nem (ita ut ipse homo in sese contrarias non raro habeat actiones, affectiones, motus . Aliud enim ratio suadet , aliò affectus totum hominem rapiunt) non esse à Deo, sed à Diabolo & hominibus , qui peccatis contra uoluntatem Dei perpetratis, istas grauissimas penas, cæterasq; miserias & calamitates omnes, quas sacræ literæ unoocabulo mortis plerumque comprehendunt , sibi meti p̄is accessuerunt . Vides hanc admirabilem lucem in sacris literis, quomodo Deus ex immensa misericordia misso filio suo in carnem , genus humānum redemerit, eaq; beneficia omnium maxima , quæ hic mundus cognouit, per Verbum & Sacra menta certa applicet , dispenset atque obsignet . Præterea, quod certa spes confirmetur , in resurrectione mortuorum, quæ quidem haud procul aberit, credentes in Christum plenam Dei imaginem & æternam uitam recepturos esse.

Ex hac breui narratione intelligunt si ne dubio omnes sani homines , longèuti lissimam maximiq; momenti esse doctrinam de homine ex sacris literis dilucidè propositam . Refert enim plurimum scire, quatenus homo sit opus Dei, quatenus uero non . Nam omnia, quæ nūc in homine sunt, Deo imputare , non modo crassa in scitia, uerum

PRÆFATIO.

uerum etiam detestanda est contra Deum blasphemia.

Deinde sicut in uehementi ægrotatione prima est sapientia , imò primus etiam , ut dici solet gradus ac sanitatem , nosse ac perspicere morbi genus , ita etiam fundamen- tum pietatis est , hominis non modo imbecillitatem , sed totam illam perditionem suæ naturæ , quantum quidem sacræ literæ erudiunt , exactè habere percognitam . Nam philautia & suarum uirium fiducia funditus pietatem euertunt , & beneficijs Dei omnium amplissimis omnem aditum præcludunt . Sæpe igitur ipse filius Dei istam uocem repetit : Ægroti opus habent medico non sani : Veni peccatores saluos facere non iustos : Pauperibus Euangeliū prædicatur , non diuitibus , hoc est , nimum suæ naturali præstantiæ uel bonitati tribuentibus , quasi ex suis Adamicis uiris legi diuinæ possint satisfacere .

Tertiò ignorantia , uel non recta cognitio naturæ humanæ , semper plurimos errores peperit , sicuti in patribus non paucis & scholasticorum disputationibus uidere est . Nam doctrina de peccato originis mutilatur , dum alius tantum esse reatum , alius uero exiguam quandam obnubilationem esse censet , sub qua integra natura & uires hominum inuiolatæ lateant , quæ leui mo-

PRÆFATIO.

mento abradi & tolli possint.

Lex quoq; putatur aliqua ratione posse fieri, uiribus humanis non tantopere debilitatis, ut ipsi quidem autumant. Inde Pontificij assérunt hominem faciendo quod in se est, posse bonis operibus sese præparare ad gratiam.

Huic porrò corruptelē in doctrinis de regeneratione, de q; iustificatione plurimæ sequuntur. Quām tenuiter enim Scholastici de regeneratione, quamq; peruersè de Iustificatione docuerint, nō est obscurum. Nam disertè assuerarunt, non sola gratia aut fide, sed bonis operibus quoque coram Deo homines iustificari. Imò sicut Interimisticus liber profitetur, hominem renatum inchoatam iusticiam per sanguinem Christi, posse continuare, absoluere, perficere. Hæc est scaturigo illarum tenebrarum, quæ multo nunc tempore in Antichristi regno longè lateq; grassatae sunt.

Quarto, sine hæc doctrina nemo poterit rectè Deum inuocare. Nam non rectè perspectis nostris malis & beneficijs Christi, frigidissimè à Deo petemus remedia regenerationis, iustificationis, illuminationis, gubernationis. Nam qui in sese aliquam non uit præstantiam, non potest non esse securior & confidentior in rebus agendis. Sed alibi hæc tractantur pluribus.

Cum

PRÆFATIO.

Cum itaque doctrina de homine sit non exigua lux in Theologia , & digna consideratione , uolui eam perspicua methodo , quantum quidem Deus mihi largitus est , in Academia Ienensi auditoribus & frequentibus & cupidis descendendi propone re , præsertim uero quia in hac postrema mundi senecta plurimi res tantas negligenter cognoscunt & considerant , immo quia multis in locis ipsi Dei ministri non satis dextrè aut piè etiam de hisce rebus philosophantur , quæ quidem res quid aliud quam pestem religionis synceræ portendere potest .

In lucem autem hanc qualemcunque explicationem edere uisum est , non modo ut confessio mea de doctrina , quam hoc in loco , quantum Deus me adiuit , fideliter , syncerè & perspicuè tradidi , quam diu quidem hic uersatus sum , extaret , contra omnes irrifores , calumniatores & conuictiatores ueritatis cœlestis , quorum hæc postrema acta mundi plures profert & nutrit . Sed etiam ut quorundam piorum desiderio satisfacerem , qui à me efflagitarunt , ut istam quasi Synopsin rerum , pertinentium ad cognitionem plenioren hominis , pluribus communicarem . Etsi autem non

PRÆFATIO.

ignoro, sponteque ac libens agnosco, alios multò ornatiōra & splendidiōra dare posse: tamen spero me quoque in hoc libello res ueras, amplissimas & cognitione dignissimas, breuiter & quasi ad oculum proposuisse, & non dubito hunc laborem aliquibus in Domino prōfuturum esse, præser-tim uero imbecillioribus, quibus opto hāc meam scriptionem seruire. Nam arrogan-ribus & sublimi doctrina tumentibus, & quiduis non alto supercilio fastidientibus, non inuideo, ut meliora ipsi fundant, no-straque negligant. Interim uero hanc de ho-minie tractationem, omnium piorum cen-suræ sine ulla simulatione subijcio, ut rectè eam iuxta uerbum Dei aestiment ac dijudi-cent. Ego quidem scio me hoc propositi per spiritum sanctum habuisse, nihil nisi in sacris literis fundatum in medium profer-re, & ea de causa etiam sedulò opiniones ab ijs, quæ ex sacris literis indubitata & firma sunt, quanta potui diligentia distinxii. Co-natus etiā sum aliorū sophismata ueluti di-gito monstrare, ut caueri possint. Subtilita-tes plerasque remouī, ut omnia in simplici ueritate extarent & cuiuis obuia essent, id quod res ipsa testabitur.

Vestræ autem Reipub. & Ecclesiæ am-plissimi & optimi uiri hunc meum libel-lum inscribere & dēdicare uolui, non quod existimarem,

PRÆFATIO.

existimarem, uos mea hac tenui & qualicunque opera indigere, sed quia non modo liberalium artium, uerum etiam ueræ religionis studium apud uos florere audio, quibus rebus nihil est præstantius, nihil magis generi humano necessarium. Hic enim præcipiuus finis humanæ societati propositus est, ut uita & disciplina conseruata, homines de Deo & ueris cultib. dextrè eruditantur, & in officina Dei renascantur ad uitam æternam. Neq; uero casu quodam ciuitates & regiones uerbo Dei illuminantur, ac participes fiunt tantorum bonorum, sed peculiari & insignis est uocatio ipsius Dei, qui ex ingéti misericordia uocat quoscunq; uult.

Spero igitur uobis propter sinceræ pietatis studium & professionem, hoc literari um munus, capita quædam pietatis propoenens & explicans, gratius futurum esse, quam multis alijs, qui uel parum afficiuntur seria pietate, uel alioquin superbè eam studiunt.

Cum autem in una Ecclesia uersemur & membra simus unius capitnis Domini nostri Iesu Christi, decet Christianos de doctrina coelesti inter se se communicare, mutuumq; consensum & confessionem declarare.

Grata insuper fama per Ecclesiam Dei

PRÆFATIÖ.

Sparsa est portas in Gallijs Christo regi pâ-
refieri, quod quidē opus, ut Deus periciat,
synceramq; doctrinam in amplissimo re-
gno seminet, omnes pij totis pectoribus o-
rant Volui igitur uelitræ Ecclesiæ hunc me-
um libellum etiam hanc ob causam nuncu-
pare, si fortè in illis propinquis locis uestro
clarissimo nomine adducti, aliqui eum le-
gere uellent, & inde aliquid doctrinæ hau-
rire. Cum enim simplici Methodo res præ-
cipuas in pietate complexus sim, spe-
ro earum lectionem non fore
infrugiferam. Bene
ualete.

V. P. D.

Johannes Vuigandus.

SIGNIFICATIONES
ALIQUOT PVBLICÆ, IN PRÆ
lectione doctrinæ de homine
propositæ.

PIÆ IVVENTVTI S.



VI ingenio, doctrina & iudicio extra Ecclesiam Dei ex celluerunt, in hominis animum intendentes, ad duas quasdam res præcipue. summa cum admiratione penè obstupuerunt. Primum, quod inter omnes corporales ac uisibiles huius mundi creaturas, nihil pulchrius hominis ingenio & actibus cōspiceretur. Deinde uero, quod in nullis uisibilibus creaturis, maiores occurrerent fœditates ac tristiores calamitates. Nam summa uires, qua in homine existunt, eiusq; præstantiam potissimum commendant, horribiliter inter se dissentient, & quasi bellum gerunt, extremamq; eius deformitatem simul constituunt. Ratio prospicit interdum in externis rebus bona seu honesta, & tanquam Regina dictat quid faciendū sit. Sed cor prauis affectib. astuat, ac uoluntas prorsus facit contraria, sicut Medea inquit,

Video meliora proboq;
Deteriora sequor. Huc congruit pieta
et de pueru tenello & inuálido, insidente

PRÆFATIO.

equo generosissimo & fortissimo, imperium & sessorem non raro excutiente. In eandem sententiam inquit Poeta,

Fertur equis auriga, nec audit currus habenras.

Præterea tam præstans hominis natura, multò horribilius occumbit, quam rosa aut uacca, imò nullius bestiæ cadauer tam abhorret natura quam hominis, & nasci inde serpentes ac bufones, nisi contumuletur, experientia cognitum est.

Sed unde sit hominis præstantia, & rursum, unde sit tanta eius deformitas & destrucción, nulla sagacitate per se potuerunt inuestigare homines docti & sapientes, in eoq; tatum substiterunt, hominem à prima sui origine hæc habere omnia.

Deus itaque ex immensa misericordia historiam & doctrinam de his tantis rebus sacris literis tradidit, posteritatiq; conseruauit, ex qua ueritas haurienda est.

Est autem sine omni dubitatione summa in hac uita sapientia, seipsum nosse. Quis enim sine hoc fundamento doctrinam de peccato, de beneficio filij Dei omnium amplissimo, de renouatione per Spiritum sanctum, & ut uno uerbo dicam, restaurationem hominis intelliget aut excepter?

Agamus itaq; Deo gratias pro patefacta
luce

PRAEFATIO.

luce uerbi sui , & ex cognitione nostri Deum timeamus , expetamus remissionem peccatorum per Christum , & gubernationem per spiritum sanctum , ut simus uasa misericordie , & in Christo feramus fructus bonos & utiles nobis & alijs.

Bestijs deteriores sunt , qui doctrinam cœlestem de tantis rebus non delibant , sed in sua depravatione , ueluti sues in cœno sponte deliciantur , laxant frena suis cupiditatibus , pessimis cogitationibus , obscenis atq; impijs dictis offendunt Deum , sibi que & alijs tristissimas pœnas & calamitates accersunt . Eiusmodi piacula & cathartata , siquidem emendari nollent , pię ac hōnestā Republicā , tanquam contagiosas & exitiosas pestes generis humani , graui censura reprimere , uel etiam exterminare debebant , ne umbra sua alijs nocerent . Verisimile enim dictum est ,

τολλάκι καὶ ξύμωσα τόλις κακοῦ
αὐδρός ἐπάντει.

Cūm autem uoce uerbi sui Deus ex hoc vasto mundo sibi non definat Eccleiam colligere , non dubiū est , aliquos adhuc esse , utq; sint quāplurimi , ex toto pectore optimus , qui mediocri uoluptate doctrinā cœlestem de tantis rebus audiant & discant . Hac spe fretus cras Deo dante locum de ho

PRÆFATIO.

mine explicandum suscipiam, ac hortor primam iuuentutem, ut in ea doctrina audienda & perdiscenda sint diligentes, simulque uota misceant, ut Deus pro sua immensa misericordia furores huius mundi, quotidie magis magis degenerantis, cohibeat, quamplurimos ex faucibus Diaboli & peccatorum amplissimo gurgite eripiat, nosque omnes gubernet, ut simus templum Dei, usque ad finem uitæ nostræ, ðosa λ
 γ ovtes nongo wordontes. Valete.

Vulganus.

ALIA SIGNIFICATIO.

Hominem ita descripsit Aristoteles: esse imbecillitatis exemplum, temporis spoliu[m], fortunæ lusum, inconstantiae imaginem, inuidiæ & calamitatis trutinam, reliquum uero pituitam & bilem, & sunt omnium sapientum inter Ethnicos libri eiusmodi tristibus uerbis & querelis, de miserorum mortalium conditionibus reserti, Sed interiorem tamen hominum cladem & miseriam, ac scaturiginem malorum omnium penitus ignorant. Itaque ex uerbo Dei luculentior ac certior istarum rerum doctrina petenda est, ac Deo gratiæ agenda sunt,

PRÆFATIO.

fuit, quod eam doctrinam in mundo ex ini-
genti misericordia conseruat & propagat.

Hactenus igitur de origine hominis &
cius apostasia ac ruina, quantum nos Deus
adiuuit, simplicem doctrinā ex uerbo Dei
proposuimus. Nunc uero locus de homine
mortali, animali seu non renato, quales qui
dem omnes ex nostris parentibus in hunc
mundum nascimur subsequitur, continēs
grauissimarum scituq; maximè necessaria
rum rerum explicationem. Optarim igitur
studiosos sui ipsius cognitionem diligen-
tes addiscere.

Nam primum ipse Deus uult, ut confide-
remus atrocitatem damni, quod propter
primos homines in nos omnes exundauit.
Deinde plurimum refert, ut hanc doctrinā
exacte cognitam habeamus, ut nostris misé-
rijs recte perspectis, humilius de nostris ui-
ribus sentiamus, ac insolentiam, quam Dia-
bolus subinde instillat, frangamus. Tertio
ut beneficium Dei in redimendo & restau-
rando genere humano, pluris faciamus &
ardentius expertamus. Quartò ut primitias
Spiritus sancti in nobis grato pectore cele-
bremus, ne in tetra peccata furenter ru-
mus, quibus excutitur Dei erga nos bene-
uolentia, neue simus tantum terræ ponde-
ra inutilia, uel etiam tristia piacula & Dia-
boli organa, sicut multi hoc tempore pa-

PRÆFATIO.

sim fœdis erroribus applaudunt, ueritatem
& pios Dei seruos irrident & blasphemant,
& in reliqua uita omnem honestatem plus
quam ullæ bestiæ exuunt. Quintò, ut ad ui-
tam æternam perpetuis gemitis aspira-
mus, & oremus Deum excitato pectore, Li-
bera nos Pater coelestis ab omni malo, & da
nobis uitam æternam propter Iesum Chri-
stum filium tuum, nostrum propiciato-
rem & Saluatorem.

Cùm autem non sit dubium, in hoc no-
stro cœtu, ubi interrupta uox uerbi diuini
sonat ingenti Dei beneficio, esse aliquam
Dei Ecclesiam, hortor pios adolescentes, ut
hanc sacram lectionem, de rebus non leui-
bus neque peregrinis, sed omnium maxi-
mis, & ad unūquenq; pertinentibus, studio
se & diligenter audiant, precesq; suas mis-
ceant, ut Deus nos omnes Spiritu suo san-
cto illuminet & regat, quo uerbo eius recte
percepto, fruamur hic Dei benevolentia, si-
nus templi Spiritus sancti, organa saluta-
ria, & tandem immundicie nostra, quam
Diabolus in nos infudit, in uniuersum li-
berati, isthic æterna cū Deo uita fruamur.
Mitiget etiam clementissimus Deus, dum
in hac ærumnarum ualle militamus, cala-
mitates præsentes, frena iniicit Diabolo,
Antichristo & falsis doctoribus passim gras-
santibus, ne sicut Sodoma & Gomorra fia-
mus

PRÆFATIO.

mus omnes, sed in tinea Domini plātæ ecœ
li & simus & permaneamus in æternum,
Amen. Valete.

Vuigandus.

ALIA SIGNI FICATIO.

In doctrina pietatis non esse postremum
Articulum de uera hominis cognitiōe, cre-
do omnibus pijs esse persuasissimum. Nam
& multi insignes loci in hac explicatione
concurrunt, ut aliás diximus, & res maxi-
mæ proponuntur, quarum cognitio omni-
bus mortalibus est necessaria: Ostēditur e-
num ex uerbo Dei perspicuè, quæ sit origo
hominis, quis finis, quæ ipsius ruīna, quæ
restauratio in hoc mundo, & quid denique
in altera uita ei sit expectandum. Qui ista i-
gnorant, non tantum turpem inscitiam a-
lunt, indignam hominibus ratione prædi-
tis, sed eriam ueluti arundines expositi sunt
plurimis erroribus, quibus stolidè applau-
dunt, & ueritatem cœlestem horribiliter ir-
rident & blasphemant, in moribus Cyclopi
cam feritatem præ se ferunt, ac deniq; sunt
fœda monstra hominum & alastores rerū
& Ecclesiarum Dei. Quod si autem isti belli
homines apertè profiterentur suam illam

PRÆFATIO.

erassam in rebus istis diuinis & omnium
grauissimis inficitiam, minus esset periculi,
Verum cum nihil non sibi in religione ma-
gno cum supercilie arroget, sit, ut plurima
in Ecclesia Dei cu[m] ignominia nominis di-
uini, & exitio Ecclesiæ præsentissimo geran-
tur. Hoc toro igitur studiosos, ut pietatis fun-
damenta etiam in doctrina de homine re-
cte & solidè cognoscant.

Quæ autem hactenus ex uerbo Dei de
homine proposita sunt, non ignoratis. Pro-
xime de ipsa Regeneratione hominis me-
thodum recensuimus, nunc qualis homo
prodierit iuxta uerbum Dei, ex quo tanta-
rum rerum scientia tantum haurienda est,
attentè expendendum uenit, ut considere-
mus, quanta hominem dignitate in rege-
neratione ista spirituali Deus ornet, eique
pro tantis diuitijs gratias agamus. Quid e-
nimir dici splendidius potest, quam quod
Petrus inquit, Vos estis genus electum, re-
gale sacerdotium, gens sancta, populus pe-
culiaris, ut uirtutes annuncietis eius, qui de
tenebris uos uocauit in admirabile lumen
suum 1. Petri 2.

Deinde etiam, ut simul uideamus quid
nobis desit, & quantis periculis simus ex-
positi, ne peccatis contra conscientiam, &
impœnitentia, dona illa amplissima, quæ
in regeneratione accepimus, excutiamus.

Sed

PRÆFATIO.

Sed hæc alibi repetenda erunt.

Significo igitur me cras inchoaturum
Deo iuuante, locum de homine renato, ac
hortor studiosos, ut pietatis doctrinam,
quam necesse est normam esse uniuersæ
uitæ humanæ & omnium salutarium
actionum, singulari & pio stu-
dio rectè cognoscant.

Vulgandas.

ad hunc in anno dñe 1500 id est ad hoc
munitissimum anno regni regis edictum
et clementiam misericordiam et
meritum suum. Et hoc anno 1500
etiam anno 1501.

Loci seu capita.

De Homine ante lapsum

numero 1

De Ruina & lapsu hominis 32

**De Corrupto homine post la-
psum.** 69

**De Regeneratione Veteris ho-
minis** 147

De Renato homine 184

De Glorificatione hominis 231

DE HOMI- NE ANTE LAP- SVM.



EMPLO DELPHICO IN
scripta fuit hæc sententia, omni-
um sapientum literis, tanquam
duina celebrata, γνῶθι σε-
αυτὸν, qua commonefacti sunt
homines, impetus animorum cohercendos esse,
ne fiducia suarū virium, quæ sanè perquam im-
becilles sunt, quantæcunq; etiam sunt, multa aut
magna moueant, periculisue sese inuoluant, ex
quibus aut nequeant omnino, aut difficilimè pos-
sunt emergere. Sed illi ipsi ethnici autores uel
præcones istius sententia, eam neq; intellexen-
runt satis, neq; explicare rectè ualuerunt.

Nam ueram integratatem, præstantiam &
dignitatem primorū hominum, qua fuerunt an-
te lapsus à Deo ornati, ignorarunt penitus, eti-
am si propter rationem, & alia quedam admi-
randa dona, quibus homo brutis antecellit, μη
ἥροκοσμον eum appellariint:

Deinde quamvis usq; ad stuporem, dissidium

A

DE HOMINE

et deformitatem virium in ipso homine, et in
numeris mala, quibus vita hominum obnoxia est,
admirati sunt, tamen unde haec originem sumpse= =
rint, et quanam ratione emendentur, non po= =
tuerunt ulla acumine ingeniorum consequi, et
in magna eloquentia, de tantis rebus ne balbu= =
tire quidem nouerunt

Huius itaque sententiae uera intelligentia, et
solida atque perspicua explicatio, tantum ex fon= =
tibus sacris Prophetarum et Apostolorum man= =
nat, qui hoc ipso nomine, omnium Ethnico= =
rum commentarijs quam longissime sunt prese= =
rendi.

Cæterum multò grauiores causas quam gen= =
tiles, in Ecclesia Dei allegare possumus, cur sit
necessarium, utile ac salutare, nosmet ipsos recte
et uerè cognoscere, nempe, ut originem, digni= =
tatem et conditionem primam hominum, quam
a Deo acciperunt, uerè percipiamus.

Deinde, ut horribilem et deplorandam homi= =
nū a Deo apostasian, eius erga nos iram, sub= =
stantiae corruptionem et summorum donorum
priuationem, seruitutem Satanae, expectatio= =
nem eterni exitij, atque alia innumera mala, et
mala, quæ subsecuta sunt, cognoscamus et ex= =
pendamus.

Tertio, ut immensum Christi beneficium, in
restauran

ANTE LAPSUM.

3

restauracione generis humani discamus, et si-
mul consideremus, atrocitatem destructionis
tantam esse, ut in hac uita restauratio integrè
absoluti non possit, ac differenda sit in alteram
usq; uitam, post resurrectionem ex mortuis.

Quarto, ut timeamus Deum, ne aliquid con-
tra Deum et uocationem nostram, stulta qua-
dam philautia, aut temeraria πολυπαχυ-
σύνη, aut alijs inordinatis motibus aut cupiditi-
tibus suscipiamus, impatienter humanæ sortis
calamitates feramus, aut frena peccatis laxem-
us, et ardenter ac sine intermissione petamus
a patre Domini nostri Iesu Christi, Rectorem
spiritum sanctum, qui et instillet et gubernet
bona consilia et salutares actiones, ut in hoc
uitæ lubricissimo cursu, simus et permanea-
mus usq; misericordiae Dei, nec permittat nos,
alioqui natura imbecilles, insidijs Diabolicis, et
filiorum huius saeculi multiplicibus machinatio-
nibus eueri, et in tristes huius uitæ ærumnas,
ac deniq; aternas pœnas incidere.

Sunt autem status seu mutationes quædam
hominum considerandæ, ut, Qualis fuerit na-
tura humana ante lapsum, Quomodo lapsa
sit, et que sint deformationes ac destructio-
nes naturæ humanae subsecutæ. De hominis

A 2

4 DE HOMINE.

restauratione, regeneratione, deq; renouatione
ac bonitate, quam inde consequitur in hac uita.
Deniq; de hominis integra restauratione & glo-
rificatione post resurrectionem in æterna uita.

Etsi autem loci quidam, ut de creatione, de
peccato, de baptismo, de remissione peccatorum,
& similes in hanc tractationem simul incurant,
tamen breuius ex eis quædam saltem attingenda
sunt, quantum nimirum ad explicationem pre-
sentis instituti faciunt. Nam in eiusmodi locis
compositis, qualis hic est, aliter fieri nequit.
Præterea necesse est eiusmodi res adferre, ex
quibus illud præclarum γνῶθι σεαυτὸν ali-
quanto plenius cognoscamus & perdiscamus.

De homine igitur ante lapsum
Deo iuuante primum.

Series partium.

1. De appellationibus.
2. Quid sit homo iuxta primam formationē.
3. Quottuplex.
4. A quo sit.
5. Ex quali materia conditus sit, & quali sub-
stantia constet.
6. De proprietatibus ac donis hominis.
7. Cur sit conditus.
8. De compositis quibusdam.

I. DE

I.

DE APPELLATIONIBVS.

Paucæ extant appellationes in sacris literis,
quæ integro hominis statui conueniunt, Causa
est, quia integritas hominis haud diu durauit,
et ante propagationem generis humani labefac-
tata, imò euersa et ablata est.

Appellatur tamen Imago Dei ab ipso Deo,
Gene. 1. à causa formalis, ac donis omnium pre-
ciosissimis. Solet accommodari et illud Psalmi 49.
Homo in honore existens, etc. Quis enim honor
excellentior dici potest, quam esse ipsius diuinæ
maiestatis expressam imaginem? Sed uidetur ibi
David, potissimum de dignitate et splendore
mundano differere.

אָרֶךְ primum non est nomen proprium sed
speciei, ut quando Deus inquit, Faciamus homi-
nem ad Imaginem nostram, ab **אָדָמָה** hoc est
terra rufa, ex qua primus homo est formatus.
Inde etiam Latinis homo nimis ab humo est
dictus, quæ quidem uocabula generalia sunt,
huic creaturæ rationali, ante et post lapsum
conuenientes, sicut etiam **אִישׁ** à **עֵשֶׂב** quia
prior muliere extitit, seu dignitate et officio
antececellit. Sicut uir à uirtute putatur dici, uel ab
Hebreo **גּוֹיִם**. ἀνθρώπος uel ab ἄνθρωπῳ et

6 Quid sit homo ante lap.

πων, id est sursum uergens, uel ab ἀναθεῶν καὶ
διποτε, contemplans quae uidet, arationis p̄-
stantia, qua excellit bruta, uel ab ἀνθραγῶν,
sursum spectans aut contemplans.

Ambrosius ait ἀνθρωπον à uiuacitate dici,
in Hexamero.

Germanicum Mensch aut Mensch, ut quidam
pronunciant, forte est à ΥΠΟ ΥΠΝ id est de
uiro, quia propagatione existimus.

II.

QVID SIT HOMO IVXTA Dei primam forma- tionem.

Homo est substantia, constans anima et cor-
pore, mirabili planè unitione seu coniunctio-
ne, condita à Deo per uerbum ipsius omnipo-
tens, ex humo et Spiritu inspirato, (fæmina
autem ex costa uiri ædificata est) intelligens,
bona, ornata imagine Dei, et libertate arbitrij,
collocata in centrum uniuersi, ut Deum agnos-
ceret, debitaq; obedientia et laudibus perpetuo
celebraret.

Hæc definitio ex 1. et 2. Genes. extructa
est. Porrò singula partes in sequentibus decla-
rabuntur.

Contra

Quid sit homo antelap.

7

CONTRARIA.

*Descriptiones hominis false aut mutilae, ut
homo est animal rationale. Hæc definitio nimis
est angusta, tantum unam quandam eius pro-
prietatem attingens.*

III.

QVOTTVPLEX.

*Sexutantum mas & fæmina, propter pro-
pagationem generis humani distincti sunt, in re-
liquis conueniunt. Genes. 2.*

*Nec sunt plures homines simul (ut cætus An-
gelorum) præter hosce duos conditi, idq; pro-
pterea, quia Deus uoluit genus humanum pro-
pagatione crescere.*

CONTRARIA.

*Mulierem esse imperfectum hominem. Quid
uero hoc somnio potest dici stolidius?*

III.

A QVO SIT HOMO.

*Est autem homo conditus à Deo Patre, Filio
& Spiritu Sancto, die creationis sexto, cum iam
amplissimum & elegantissimum mundi domici-
lium paratum, & rerum omnium, quæ ad utili-
tatem & honestam uoluptatem hominum neces-
sariae uidebantur, affluent copia ornatum esset.*

A 4

8 Quottuplex, Vnde homo

Et quidem grauis deliberatio ibi à Sacro-
sancta Trinitate instituitur, sicut Moses Gen. 1.
refert, Faciamus hominem inquit, ad imaginem
& similitudinem nostram.

Non Angeli, sed ipse Elohim creator rerum
omnium, hoc est Pater, Filius, & spiritus san-
ctus, deliberant de incola & æconomia huius
mundi condendo. Ac sequitur mox, Et creauit
Elohim hominem ad imaginem suam. Quicquid
enim uult Deus, id etiam potest facere.

Monet autem ista ardua Trinitatis in for-
mando homine deliberatio, de quatuor potissi-
mum rebus.

Primum de beneuolentia Dei erga homines
immensa, præ cæteris creaturis. Secundo de
magna sapientia Dei, in qua homo præ cæteris
creaturis est conditus.

Tertio de dignitate, donis, & excellentia ho-
minis, præ alijs corporalibus creaturis.

Quarto de substantiæ hominis origine, quod
ea non sit æterna, sed cœperit post istam Dei
consultationem.

Porro creauit idem Deus, interposita tamen
aliqua morula, ut Genes. 2. scribitur, utrumq;
sexum, sicut Genes. 1. expresse dicitur, Masculum
& fæminam creauit eos. Et Matth. 19. Deus
fecit hominem ab initio, masculum & fæminam
creauit eos.

Locutus

Locus autem ubi primi homines formati sunt,
putatur esse prope Damascum.

CONTRARIA.

Ethnica sententia, homines in quibusdam lo-
cis semper extitisse, unde eos οὐτόχοις ap-
pellarunt.

Ethnica opinio, quod homines ex optima ter-
ra, adhuc tamē subhumida, solis mediocri calore
et mirabili operatione sint producti, perinde ut
animalcula quedam ex glebis fertilium agro-
rum aut ex putredinibus post imbre, solis ca-
lore superueniente formantur. Sed haec opinio
non modo cum sacra scriptura, uerū etiam con-
tra rationis humanae argumenta pugnat:

Fabula poëtica, quod Prometheus homines
formarit, cum esset autor plastices, Item Deu-
calion ex saxis, post Thessalicum diluuium, etc.

Hæretica sententia, quod Angeli sint condi-
tores hominum, sicut nugati sunt Menandriani,
Cerinthiani, Saturninus, Manichei, qui dixe-
runt à principe materie Sacra, hominem esse
conditum. Refutantur autem aperte narratione
uerissima Moysi Genes. 1. 2.

Fabula Iudaica, hominem initio utroq; sexu
creatum, postea uero diuina virtute dissectum
Quasi esse, id quod est contra manifestissimum

V.

EX QVALI MATERIA
homo sit conditus.

Non est homo ex nihilo conditus, sed pars eius corporea sumpta est ex puluere terræ, quem diuina & imenarrabili arte & potentia, Elohim alterauit, digessit & construxit. Spiritualis uero eius pars, seu anima à Deo peculia- riter est ei inspirata, sicut perspicue Genes. 2. scriptum est: Formauit Iehoua Elohim hominem ex puluere terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uite, & factus est homo in animam uiuentem. Item 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus.

Constat igitur substantia hominis ex duplice materia, primum ex terrena, Deinde etiam ex cœlesti seu spirituali, quæ anima dicitur usitatè. Sicut etiam ipse Christus Matth. 10. diserte te- statur, Nolite inquit timere eos, qui corpus oc- cidunt, animam autem non possunt occidere, Sed potius timete eum, qui potest & animam & cor- pus perdere in gehennam.

Non autem dubium est, istum spiritum à Deo immediate inspiratum, esse rem conditam, distinctam

distinctiam à substantia Dei non creata. Nam si aliquid de increata Dei substantia fuisset hominibus communicatum, necesse esset, ipsos hac sui præstantissima parte esse Deos, id quod pugnat cum doctrina de Deo, & principium est immobile, infinitum esse discrimen inter creatorem & creaturam. Quod enim homines etiam corrupti, alicubi uocantur Diij in sacris literis, per similitudinem, longè diuersa ratione, dici certum est. Admirabile tamen est, quicquid tandem est, quod Maiestas diuina, eiusmodi radium diuinum in homines immisit, cuius quidem beneficij substantiam & præstantiam, in Schola caelesti apud filium Dei, rectius aliquando discemus intelligere.

Philosophi etiam saniores, animum hominis assertur aliquid esse diuinum, moti eius excellenti dignitate, actionibus & immortalitate.

CONTRARIA.

Afferere ex atomis substantiam hominis confluxisse, sicut & cæteras res humanas, quæ rerum portenta, portentosi quidam Philosophi, contra rationis ipsius dictamina protulerunt.

Affuerare ex ipsa substantia diuina hominis animam constare, ut Lactantius & alij olim delitarunt, cum ea sit incommunicabilis creaturis.

In solo enim Christo personaliter unitæ sunt, natura diuina & humana, modo inenarrabili, idq; propter hominū redemptionem & salutem.

VI.

DE PROPRIETATIBVS ET
donis hominis integri.

Suprà diximus, hominem peculiariter quadam deliberatione Elohim esse formatum, & primum quidem corpoream substantiam, exanimem tamen, ex puluere terræ conditam, cuius sanè est miranda architectura, harmonia, dispositio ac connexio, ut uel sola hæc pars architecto diuino, omnipotenti & sapientissimo, lusculentissimum testimonium perhibeat. Nam etiam amnum Anatomici laborant, in omnium membrorum particulis indagandis & explicandis. Deinde uero adornato corpore, spiraculum uite inspirauit Elohim, ut ita homo alteram partem substantie sue, non ex terra, uerum extimsecus, ex inspirante Deo acceperit.

Miranda igitur bonitate & potentia Dei, istæ materiæ dissimiles ac diuersæ, in unicâ hominis persona sunt unitæ, & quasi compactæ & conglutinatae, ut corpus non modo hospitium anime præbeat, sed organa etiam actionum mirabilium subministret. Quæ quidem res, ut sa- niores

niores Ecclesiae doctores existimant, adumbratio quædam est primium istius mirandæ copulationis seu unionis diuinae naturæ & humanae in Christo. Deinde etiam coniunctionis Christi & Ecclesiae suæ. Sicut enim anima corpus regit, & sine ea corpus truncus est, Ita etiam Ecclesiam suam Christus moderatur, & absq; eius præsentia & gubernatione, prorsus mortua, immo deterior quovis stipite est.

Etsi autem tetram illam & horribilem destructionem hominis, que post lapsum subsecuta est, non creauit Deus, tamen proprietas aliqua corporeæ terre æq; materie in homine fuit, posse iterum mori, putrescere, reuertiq; in terræ puluerem, si homo laberetur. Spiritualis uero pars substantiæ humanæ proprietas est, immortalē esse, etiam corpore extincto uel sciuncto, sicut docet Christus, animam non posse interfici, etiamsi corpus trucidetur, Matib. 10.

Integrali igitur compositionem & exædificationem hominis, hoc est animæ & corporis unionem, membra, actiones, uires, eiusq; erga Deum relationem piæ mentes considerent. Quid enim iucundius, quid pulchrius cognosci, quid utilius considerari potest? Nam in nulla corporali creatura, tot illustria Dei testimonia ac beneficia, atq; in hac, cerni possunt.

14 De proprietat. hom. ante lap.

Secunda hominis proprietas est, quod totam eius substantiam cum facultatibus, bonam creauit Deus, ut prorsus nihil confusionis, nihil mali in ea esset, sicut docet Moses Genesis. 1. Et uidit Deus omnia, quae fecerat, & erant ualde bona, hoc est, tali modo perfecta, quali Deus uolebat ea existere, ac destinata ad bonum Deoq; placenterum usum. Vnde autem sit malum in homine, in doctrina de lapsis explicandum erit.

Tertia proprietas hominis omnium illustrissima est, quod factus est ad imaginem Dei, sicut capite 1. Geneseos exponitur. Faciamus (inquit Elobim) hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et iterum: Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum. Istae repetitiones emphaticae sunt, ad commendandam istam hominis proprietatem. Et Geneseos 9. dicitur Quicunq; fuderit humaanum sanguinem, fundetur sanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus est homo. Hinc Sapientiae 2. transcriptum est, Deus creauit hominem in integritate, & ad imaginem similitudinis sue fecit eum. Et Ephes. 4. & Colos. 3. Hec autem nonnihil euoluenda sunt, quantum nimirum ex uerbo Dei, prelucente nobis in hac nostra caligine, quam peccatis nostris attraximus, baurire possumus, ut aliquo saltet modo videamus

De imagine Dei ante Iap. 15

videamus, ex quanto gradu deieoti simus, &
quanta bona ac dona morsus pomi contra legem
Dei excusserit, & cōtrā quanta mala attraxerit:
item quantū sit beneficiū, quod Filius Dei in re-
stauratione generis humani tantopere labora-
uit, tamq; amanter & liberaliter omnia com-
municat. ista igitur non sunt curiosæ ac super-
vacaneæ scrutationes rerum, sed necessarie ex-
plicationes & utiles. Recitantes enim Decalo-
gum, necesse est nos cogitare, Eccē hæc omnia
potuissimus præstare, nisi peccato corruissetus
& perditu essemus omnes.

IN QVIBVS PARTIBVS HÆC
SIMILITVDO ET IMAGO
DEI POTISSIMVM
CONSISTAT.

Quatuor autem sunt partes, in quibus hæc
Imago Dei integra, sicuti condita est, præcipue
consistit.

I. In sapientia illustri naturaliter imita homi-
nis menti & cordi de Essentia Dei, & eius uo-
luntate erga homines, & de actionibus omnibus,
quas Deus ab hominibus exigebat. Fulgebat igit
ur in mente hominis præclaralux integri Dc⁹

16 De imagine Dei ante lap.

calogi. Non tantum principia Theorica & præ-
ctica, sed pleniss: cognitio de cultibus diuinis,
internis & externis, deq; uniuerso officiorum
genere in uita humana. Extendebat se ista sapio-
entia etiam ad cognitionem creaturarum, ad
perspiciendas ipsarum clivacūris interiores,
uires & usum, cuius rei exemplum est, quòd
Adam animalibus nomina ex proprietatibus
suis, mira ingenij perspicacia imponit Genesis.2.
Et Heuam mox ubi afficit penitus pernouit. Huc
pertinet quod ad Colossenses 3. scriptum est, In-
duite nouum hominem, qui renouatur in agna-
tione Dei, secundum imaginem eius, qui creauit
eum. Nam ex ista restauratione intelligi po-
test, quid fuerit Imago Dei primitus in homine.
II. In iusticia ac Sanctitate substantia, &
motuum atq; actionum omnium internarum & ex-
ternarum. Hanc partem attingit Paulus Ephes.
4. Renouamini Spiritu mentis uestræ, & indu-
ite nouum hominem, qui secundum Deum creatus
est, in iusticia & sanctitate uera.

Primum autem fuit in substantia hominis, hoc
est ipso corpore & anima, integritas pulcherrima
ma & sanctitas purissima, nihil penitus habens
uitij aut mali in se se ulla in parte. Fuerunt &
potentiae seu facultates ita comparatae, ita ordi-
natae, ita ornatae, ita reboratae, ita accensæ promi-
ptitudine.

ptitudine conuenienti ac decoro in substantia hominis, ut iusta & rectissima esset relatio atq; proportio inter normam obedientiae in mente, & corde, sine ulla obsficatione radiantem, et inter motus uoluntatis & cordis, actiones, praxim seu ipsam obedientiam, hoc est, quæ lex Dei in cor de flagrans dictabat ac poscebat, ea omnia summa propititudine & alacritate ab anima & corpore expediebantur, & ut breviter res summas complectar, in mente flagrabit uera & non ab errans notitia regulæ, iuxta quam obedientia erat dirigenda, & rectum iudicium fugiendorum & expetendorum. In uoluntate erat rectitudo & promptitudo apprehendendi monstrata. In corde puritas, & affectuum harmonia. Proinde motus omnes inter se concordes, non dissonabant à regula. Actiones exactissime conueniebant. Talis harmonia ac proportio substantiae, ac motuum actionumq; humanarum inter se, describitur in hac legis summa, quā recitat Christus Matthæi 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & tota mente tua, & diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sic erant homines creati, non tantum ut deberent hæc præstare, sed etiam ut possent, & ut possent, Deus normam istius obedientiae in cor hominis inseuerat, & totum cor, totam mentem.

18 De imagine Dei ante lap.

totam animam ita adornauerat, instruxerat, & accenderat, ut esset mutua proportio, ut dictum.

Ad istam partem de Iusticia originali, implantata à Deo humanæ naturæ, referto & libertatem humani arbitrij, quæ erat integritas, congruentia & facultas præstantissimarum virium in homine inter se, mens nimirum perspiciens Dei uoluntatem, ac normam actionum interiorum & exteriorū, Et uoluntas ac cor amplectentia & expedientia summa promptitudine & alacritate, quæ Deus requirebat, quæ tamen libertas eam habebat conditionem, ut posset homo sua uoluntate excutere obedientiam, in regula traditam, & in diuersum ferri, id quod tamen neficeret, etiam ipsa norma obedientiae, insita homini, prohibebat, & accedebat postea in super aliud singularare Dei præceptum, cum grauissima comminatione atrocissime pœna, sicut in doctrina de libero arbitrio latius explicatur.

III. In eminentia atq; imperio erga reliquias creaturas inferiores. Nam disertè Elohim inquit, Subiçcite terram & dominamini piscibus mariis & uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus, quæ mouentur super terram, Genes. i. Huc pergit dictum Pauli 1. Corinθ. ii. Vir quidem non debet uelare caput suum, quoniam Imago & gloria

De imagine Dei ante Iap. 19

gloria Dei est, mulier autem gloria uiri est. Nem
quaquam enim Paulus mulieribus imaginem Dei
eripit, cum præter sexum omnia cum uiro ha-
beant communia, verum de excellentia dominij
uerba facit, & quod uir prior muliere extiterit,
ac mulier propter uirum sit condita. Psalmo
82. scriptum est, Ego dixi Dij estis, hoc est,
officium Dei in gubernatione hominum, &
uindicta exercenda contra iniustos, sustinen-
tes.

III. In uita immortali atque perpetua.
Nam præuaricationis tantum pœna constituitur
a Deo mors. Nihil ergo prorsus in homines iu-
ris habuissest mors, si retinuissent integratatem
suam, quam a Deo acceperant, sicut Genes. 2.
scriptum est, Quocunq; die comederis ex arbo-
re prohibita, morte morieris. Item Roma. 6.
Stipendum peccati mors est.

Huc forte & societas aut familiaritas Dei cum
hominiibus, & hominu cum Deo referri posset.
Deus enim in homine, tanquam templo suo pul-
cherrimo, perpetua benevolentia habitasset,
gubernasset hominum consilia & actiones, de-
niq; cumulasset omnis generis dona. Fuisse
igitur inter homines & Deum familiaritas col-
loquiorum, sicut in initio Deus cum Adam fa-
miliarissime sermones habebat. Nam hisce

20 De imagine Dei ante lap.

etiam in rebus Imago Dei resplenduisse. Sed si quis h. ec inter effectus, aut aliam partem doctrinae de homine recensere uelit, nihil repugno.

Cogitantes itaq; p. mentes de imagine Dei in primis parentibus ante lapsum, animum & cogitationes in Decalogum intendant. Qualem enim Deus ibi & alibi requirit hominem inquiens: sancti estote sicut & ego sanctus sum, talis erat a Deo conditus, & talis existere poterat, tum substantia sua, tum actionibus suis omnibus. Sed quid damni lapsus attulerit, paulo post erit exponentium.

Nunc ad enumerationem proprietatum revertamur. Quarta igitur proprietas hominis est, vinculum ac uita coniugij. Nam admiranda ratione & sapientia Iehoua Elohim, mulierem formauit, que his uerbis Genes. 2 effertur. Dixit Iehoua Elohim, non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium, quod sit cum ipso. Item: Immisit Iehoua Elohim soporem in Adam, cumq; obdormisset, tulit unam de costis eius, & clausit carnem pro ea. Et edificauit Iehoua Elohim costam, quam tulerat de Adam in mulierem, &c.

Deinde etiam ipse met Deus virum & mulierem coniunxit, & arctissimo uinculo constringit Genes. 2:

Tertio

Tertio uim ac mandatum in coniugio propagandi genus humanum addidit, Genes. 2. Crescite inquit, & multiplicamini &c. Est autem nullius creaturæ propagatio admirabilior quam hominis. Quod enim ex homine nascitur, quiddam aeternum est, ut de ceteris rebus quæ in hominis natura sunt mirabilia & excellentia nihil dicam.

Quinta est, quod homo certis diuinisq; preceptis est obligatus, ad obedientiam suo creatori exhibendam. Non enim tantum indidit hominum mentibus Deus noticiam sue legis, cuius summa in Decalogo est expressa, sed etiam hanc adiecit insuper, ne de arbore scientiae boni & mali uescerentur, addita gravissima pœna mortis, si exorbitaturi essent.

Sexta est, quod homines in centrum mundi positi sunt, ut essent æconomi & usufructuarij mundi, item ut ceteræ creaturæ hominum uitæ seruirent. Imo etiam in hortum amoenissimum, & omnibus rebus ad uictum licitasq; uoluptates instructissimum, collocauit.

Solet etiam hæc proprietas recitari.

Pronaq; cum spicent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit, cælumq; uidere iusfit, & erectos ad sydera tollere uultus.

Ex hisce egregia hominis dignitas confisci & considerari potest, quæ tum in substantia, tum

22. De contrarijs formæ hom.

in actionibus, tum etiam in cæteris quibuidam proprietatibus eius egregiè fulsit.

CONTRARIA.

Hæresis Arabiana, quæ circa annum Domini 231. exorta est, affeuerans, animas hominū unā cum corporibus mori atq; interire, ac simul in nouissimo die cum corporibus reparari. Sed Christus disertè inquit, animam non possunt occidere Matth. 10.

Philosophica opinio, quæ putat hominē cum ista malicia & morte initio creatum, & naturale quadam lege, perinde ut uolas aut poma interire. Hæc sententia Genes. 1. 2. 3. & alibi refutatur.

Congruit sententia Manicheorum & simili-
um, qui affirmant malos homines initio, à male
Principio seu Deo esse formatos, idq; contra
Mosen & reliquam scripturam sacram.

Afferere, Imaginem Dei tantum esse in cor-
poris humani dispositione, quia in scriptura etiā
de uultu, facie, auribus, oculis, naribus, ore, mani-
bus, pedibus Dei sermo fiat. In ea autem senten-
tia fuerunt Monachi quidam Aegyptij, & alijs
Anthropomorphite. Sed scriptura per similitu-
dinem, & propter nostrū captum ita loquitur.
De substantia uero Dei testatur, eum esse spiri-
tum, Ioan. 4..

Afferere, corpus hominis prorsus non ad simi-
litudinem

litudinis diuinæ aliquam partem pertinere, qua
in sententia plerijs patres sunt. Ratio ipsorum est,
Deus non est corpus, Ergo imaginis Dei quædam
pars, non est in corpore humano. Sed attenderet
dum est, hominem ad imaginem Dei esse factum,
quod ad totam ipsius substantiam attinet, quæ est
ex anima & corpore constructa. Deinde cor-
poreæ etiam substantiæ integritas & proportio
ad animam, quæ per organa corporea in hac
persona debuit esse efficax, item immortalitas,
quæ corporeæ quoq; materiæ indita est, aliquā
similitudinis Dei portiunculam, sine ullo dubio
complectuntur & repræsentant. Est ergo præ-
cipui gradus istius imaginis diuinæ in homine,
conueniunt animæ, tanquam nobiliori eius par-
ti, tamen corpus tanta potentia diuina animæ
unitum, non est sua portiuncula defraudandum.
Sicut igitur in excessu illi peccant, qui imaginem
Dei soli corpori attribuunt, ita hi in defectu de-
linquunt, quòd integratatem membrorum cor-
poris, proportionem ad expediendas animi
actiones mirabiles, & immortalitatem, quam
communem cum anima habuit, non sinunt aliquā
falsum similitudinis diuinæ particulâ fuisse, præ-
sertim cùm in doctrina de imagine Dei, integra
hominis substantia cum donis suis consideran-
da sit.

24 De contrarijs formæ. hom.

Theodoreetus recitat aliquot opiniones, quas reiicit, in questionibus in Genesi in questione 20. ut, imaginem Dei esse id, quod in anima sit inuisibile. 2. Tantum corpus humanum esse eam imaginem, quam quidem opinionem Melitoni tribuit. 3. Imaginem Dei esse, quod homo medium inter animata & inanimata positus sit. 4. Facultatem dominandi esse eam imaginem. 5. Essere potentiam animæ inuisibilem. Tandem uero ipse concludit, Imaginem Dei esse in anima rationali intelligenti, iudicante, iusta agente. Diuersum tamen in 1. Cor. 11. afferit, ubi dominium illud uocat Imaginem Dei.

Afferere, coniugium esse uitæ genus, quod Deo displiceat, præsertim uero in ihs, qui Ecclesiæ Dei seruire debeant, ut Papistæ docent, Sed hanc sententiam Paulus 1. Timot. 4. doctrinam demoniorum uocat, & inter Antichristi notas recenset.

Afferere, tantum significatum esse Christum hac locutione, faciamus hominem ad imaginem nostram, non autem reliquos homines, idq; contra expressum Mosis dictum.

VII.

CVR SIT CONDITVS HOMO.

Tres

Tres sunt principales homi
nis fines.

Primus, ut repræsentet imaginem sui creato-
ris, hoc est, ut agnoscat Deum, ei iuxta Decalo-
gum, mentis suæ diuinitus inscriptum, & iuxta
alia etiam diuinitus proposita mandata, obtem-
peret, & ita interioribus & exterioribus uiri-
bus, & actionibus Deum celebret, atq; hoc ei of-
ficium ueluti pensum aut ueligal perpetuopen-
dat. Imago enim debet repræsentare suū arche-
typum. Homo est Dei imago, Ergo eum referre,
& in rebus omnibus laudare debet.

Secundus, ut homines in coniugio legitimo,
genus humanū propagent ac multiplicent. Nam
Deus uoluit habere frequenter hominum Eccle-
siam, à qua dignis laudibus uicheretur & cole-
retur.

Tertius, ut eßet mundi œconomus, Dominus
reliquarum creaturarum, sua tamen ratione &
modo, ac beneficijs Dei affatim frueretur, idq;
propter primum finem, ut nimirū in rebus crea-
tis omnibus, omnipotens, Sapiens, Misericors,
benignus Deus cognosceretur & celebraretur.

CONTRARIA.

Epicureum delirium, quo affirmatur, uon-
uptatem esse hominis finem præcipuum. Plus

26 Contraria fini hom. ante lap.
rimi autem in genere humano , etiam inter eos,
qui titulum Christianorum præ se ferunt , cum
finem carnalem brutalemq; appetunt , id quod
securitas uite , luxus , helluaciones , inexplicabilis
auri stis , ambitio cœca , & similes pestes satis
superq; ostendunt.

Philosophica doctrina , virtutem esse finem
hominis . Hæc sententia etiam si propinquius ad
uerum & excellentissimum hominis finem acce-
dit , tamen Deum , & cultus interiores atq; ex-
teriores primæ Decalogi tabulae ignorat , & uit
utes secundæ tabulae nō penitus perspicit . Nam
à primo præcepto etiam reliqua pendent , quod
certissimum est .

Antichristi decreta , quibus tollitur coniugij
dignitas , & libertas prohibetur Ecclesiasticis ,
uti vocantur , idq; contra ordinationem diuinam
& grauiissimam commonefactionem Pauli , 1.
Timot . 4.

CONTRARIA HVIC TOTI DOCTRINÆ.

Spoliatio & depravatio imaginis Dei in ho-
mine , & transformatio in Imaginem Satanae ,
adeoq; totius hominis corruptio & destruc-
tio per mortem , iūno etiam æterna eorum damna-
tio , qui non consequuntur fide in Christum re-
missionem peccatorum & uitam æternam .

VIII.

DE COMPOSITIS
quibusdam

I.

De differentia philosophicæ
doctrinæ de homine &
Ecclesiæ Dei.

Non desunt, qui philosophiae humanae adscri-
bunt, pleniorē ac luculentiorem hominis &
officiorum, quæ præstare debet, tractationem
& explicationem ex ipsa, quam ex sacris lite-
ris peti posse. Sed uehementer illi falluntur, &
quidē in sc̄itiam suam, imo etiam philosophicam
impietatem satis crassè produnt. Nam si penitus
spiritus sancti scripta cognoscerent atq; expen-
derent, rectius sine dubio sentire & loqui dis-
cerent.

Differunt autem hac quidē in parte, doctrina
Ecclesiæ Dei & philosophiae, in omnibus causis.

Primum in Efficiente hominis, quam philo-
sophia in uniuersum ignorat, imo quidam con-
tendunt, homines à utóχοις & aeternos esse.

Secundo in Materiali hominis præsertim quod
ad animā attinet, in qua etiam philosophia muta-
est, aut falsa profert.

Tertio in Formali. Nam philosophia de imagine

Dei nihil certi nouit. Tantum autem organa hominis contemplatur, & de externis uirtutibus secundæ tabula balbutit, quia etiam illarum uirtutum definitiones integras tradere non potest, eò quod ignorat præcipuas causas operum, quæ Deus exigit, id quod in doctrina de lege aliquantot fusiū declaratur.

Quarto in finali, quia monstratura rerum officium aut iusticiam hominis tantum de disciplina externa differit, & hoc omnes neruos intendit. Deinde uero philosophia pronunciat hominem cum sua malicia & ad mortē, initio esse conditum.

Non igitur plus & quo uendicetur cæcæ, mutile, ac balbutienti philosophiae in rebus tantis, Sed contineatur illa procax domina intra iustas & legitimas metas, in suo foro & intra suos cancellos suas quasdam retineat utilitates & dignitates.

II.

IMAGO DEI IN CHRISTO
ET IN NOBIS, QVID
DIFFERANT.

Appellatur filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, etiam imago Dei, ut Colos. 1. Qui est imago Dei inuisibilis, & Heb. 1. Splendor glorie,

Et imago substantie eius. Et Christus ipse inquit: Qui uidet me, uidet et Patrem, Ioan. 14. Sed longe alia ratione, quād nos homines imago Dei vocamur. Nam Christus vocatur imago Dei, quia essentia Deus est, ὁμοούσιος, coeternus, et coomnipotens Patri et spiritui sancto. Deinde etiam, quia Deus per hunc filium sese uoluit mundo reuelare, per hunc uoluit mundo sua beneficia immensa praestare, offerre, exhibere, per hunc uoluit cognosci, et invocari. Sic Paulus testatur, Plenitudinem Diuinitatis inhabitare in Christo σωματικῶς, Colos. 2.

Nostra uero imago Dei, est quiddam creatum, non est ipsa Dei essentia. Deinde est quadam similitudo Dei in ipsis partibus, quas supra recensuimus. Sicut enim Deus est sapientia eterna et infinita prædictus, ita aliquam similitudinem in ista condite et finitae sapientiae communicatione accepit homo. Et sicut Deus est iustus infinite, ita quandam speciem in illa finitae iusticie donatione homini impressit. Item sicut Deus est Dominus omnipotens, ita adumbravit eam omnipotentiam in typo finitae potentiae, quam homini attribuit. Denique sicut Deus est aeternus ac immortalis, ita formam aliquam in eo uoluit exprimere, quod hominem ad uitam perpetuam condidit.

III.

AN VOX DEI, FACIAMVS
HOMINEM AD IMA-
ginem nostram, tantum
ad Christum per-
tineat.

Extat in quibusdā Patribus opinio, quod Ad-
dam non sit factus ad Imaginē Dei, sed ista uoce
Dei, faciamus hominem ad imaginem nostram,
significatum esse Christum, qui deberet homo
fieri, eamq; imaginem perfectè representare.
Nam Irenaeus libro 5. inquit, Hominē quidem di-
stum esse iuxta imaginē Dei factū, sed non ostena-
sum, quia filius Dei nondum homo factus fuerit:

Tertullianus de Resurrectione carnis ait;
Quodcunq; huius exprimebatur, Christus cogi-
tabatur futurus, & èo inclinat Origenes quoque
homilia 1. in Genesim.

Sed alienū à textu est, quod Elohim resper-
rit ad Christū tantum, Et si enim Christus, homo
factus sine labe originali, sine ullo dubio, imagi-
nem Dei etiam in humana natura sua quadam ra-
tione expressit, tamen in narratione Genes. 2. ad
præsentem Adamum, quem Deus formabat, om-
nia sunt directa. Et Genes. 9. disertè dicitur, Ho-
minem ad imaginem Dei esse conditum.

Deinde ex illa Patrum opinione, alia quoq;
enata est, Christum hominem fuisse futurum,
etiam si

De compositis.

31

etiam si homo non fuisset lapsus, id quod mani-
festè cum sacra scriptura pugnat. Nam ideo fa-
ctus est homo, ut mori pro peccatis generis hu-
mani posset. Sic nimurum dato uno inconueni-
ente, sequuntur plura, & ut uulgo dici solet, ex
uno errore sequuntur alijs centum.

DE OPINIONE PATRVM, DE IMMVTATIONE integræ uitæ.

Augustini & aliorum quorundam opinio est,
quod, si Adam non peccasset, completo certo
Sanctorum numero, ab animali uita ad spiritua-
lem translati fuissent, in qua maiora dona fuis-
sent consecuti, & planè Angelicam uitam egisa-
sent, sine propagatione liberorum ulteriori, &
sine ciborum usu.

Fortè huic cogitationi præbuit aliquam oc-
casionem, quod 1. Cor. 15. dicitur, Est corpus
animale, est & spirituale, sicut scriptum est,
Factus est primus homo in animam uiuentem,
nouissimus Adam in Spiritum uiuificantem, sed
non prius est, quod spirituale est, sed quod ani-
male est, deinde quod spirituale est.

Diligenter autem sunt discernendæ opiniones
de rebus obscuris & non reuelatis, ab articulis
fidei p̄spicuis, & certo uerbo traditis. In opinio-
nibus, modo nō impingat in aliquæ fidei articulū,

aliquid doctis & præstantibus uiris concedendū est, neq; est hereticus, qui diuersum modestè settit. Est autem eiusmodi hec opinio de qua nunc dicimus.

Deinde locus Pauli 1. Corin. 15. loquitur de restauratione nostræ naturæ per Christum in resurrectione mortuorum, & animale corpus uocat Apostolus, totam hominis substantiam, peccato depravatam & perditam, Spirituale uero eam substantiam, quæ in resurrectione summis donis & gloria ornabitur.

Postremò relinquamus hanc opinionē in meo, tanquam opinionem.

DE RVINA ET DESTRVCTIONE hominis

Post pulcherrimi ædificij qualem cuncti descriptionem, uicissim nunc tristem hominis ruinam, deformationē ac destructionem, ex uerbo Dei, attentè ac diligenter cognoscamus & considere mus, ut scaturiginem malorū omnium siue culpe siue pœne, que crudelissimè in uniuersum genus humanum sæuiunt, perspiciamus. Deinde ut atrocitatem lapsus & damnorum, que iude redundarunt in nos, expendamus. Tertio, ut quales nunc sint homines rectè percipiamus, ne simus nimis magni & intemperantes philauti, neg;

Quod homo lapsus.

33

neq; plura huic deformatæ ac destructæ naturæ
tribuamus quam par est. Quartò, ut ad unicum
salutaremq; medicum properemus, dilectionem
Dei erga nos immensam, & beneficium Christi
pluris faciamus. Nam multi stulta persuasione,
non aliter atq; uehemetissimo morbo phrenesin
nacti, sibi maiorem sanitatem, præstantiam &
uires fingunt, quam revera habent.

SERIES PARTIVM.

- I. An homo lapsus & corruptus sit.
- II. De uocabulis huius lapsus.
- III. Quid sit.
- IV. Quisnam sit causa lapsus.
- V. Impulsuæ in Diabolo & homine.
- VI. In quibus hominis partibus factus sit
lapsus.
- VII. Quomodo acciderit hic lapsus.
- VIII. Damna, quæ sunt inde consecuta.
- IX. De compositis quibuidam.

I.

AN SIT HOMO LAPSUS ET CORRUPTVS.

Hominem lapsum esse
evidenter probant,

Primum, historia lugubris descripta à Moſe

Quod homo lapsus.

fidelissimo teste Genes. 3. & explicat hanc doctri-
nam Paulus Roma 5. 1. Corin. 15. 1. Timo. 2.
Quin & tota scriptura testatur nunc hanc naturam
perditissimam esse.

Deinde ipsa experientia hominis in se, nimis
mirum extrema & deploranda cæcitas in rebus
spiritualibus potissimum, deformatio affectuum,
dissidium rationis, voluntatis & cordis, sceleris
turpisima, quibus etiam Heroici uiri horribiliter
polluntur. Ac uincit deformitas quam longe
gissime hominis pulchritudinem, quæ adhuc in hac
natura in ignobilioribus rebus et actionibus re-
sidua est. Deus autem non est autor confusionis &
turpitudinum, id quod certissimum est. Quare
aliunde eam ortam esse oportet.

Tertio tam seria & magna ævoluþys
que fit per ipsum filium Dei, non alia ratio-
ne, quam quod homo dignatur nasci, fit uictima,
æruiatis in se & peccatis totius generis humani,
& descendit ad inferna, ut perditos homines ex
orco reuocatos, integritati & uitæ restituat.
Hæc non fuissent facta, nisi homo ruisset in pec-
catum, iram Dei & æternam condemnationem.
Ex magnitudine enim remedij facile ingens uis
morbi intelligi potest.

Quarto sententia de æterna eorum abiectio-
ne & pœna, qui non crediderint & baptisate
fuerint,

skerint. Marci 16. Nam Deus opus suum non fuisset tanta indignatione abiecturus, si tamen corruptum ipsem et condidisset.

CONTRARIA.

Ethnica philosophia, quæ opinatur nunquam fuisse meliorem uel deteriorem hominem, quam nunc est. Fons erroris est ignorantia uerbi Dei, unde hæc doctrina petenda est.

II.

DE VOCABVLIS HVIVS
LAPSVS.

Sacra scriptura hunc tetrum & calamitosum lapsum hominis, uocat eum ex arbore, quanu Deus prohibuerat. Nam sic inquit ipse Deus Gezesis 3. Quis indicauit tibi, quod nudus esset nunquid de ipsa arbore, de qua præcepit tibi, ut non comederes ex ipsa, comedisti? Hæc item rū repetuntur, cum terræ maledicitur propter lapsum Ade.

In Paulo Romano. 5. extant hæc uocabula, ἥπατις, peccatum, Per peccatum inquit mors. Ita autem uidetur generaliter istum lapsum cum fructibus suis malis uocare.

Ὥροπτωμα, delictum, lapsus. Sæpius autem hoc uocabulum usurpatur, quia proprius aegitationem istius ruinem accedit.

36 Quid sit homo lapsus.

παράβασις ἀστοῖς, prævaricatio, trans-
gressio Adam, quia transcendit ac uiolauit man-
datum Dei.

παράνοια τοῦ ἐρός ἀνθρώπου. Inobedientia
unius hominis inquit, peccatores multi existunt.

Item Mulier seducta in prævaricatione (εὐ-
παράβασις γένεσι) fui, id est, prævaricata
est, 1. Timoth. 2. item. 2. Cor. 11. Serpens Euam
seduxit astutia sua.

1. Ioannis 3. Peccatum est œrō uice, prævari-
catio legis, ubi in genere de peccato iohannes lo-
quitur.

Hæc uocabula prosunt, ad constituendam de-
finitionem istius lapsus, & reliquias methodi par-
tes illustrant

III.

QVID SIT.

Lapsus primorum parentum est actio, qua
persuasi à Diabolo, sine uoluntate aut impulsu
Dei, abiecta eius obedientia, cōtra mandata Dei
fecerunt, uescentes ex arbore interdicta, quo
facto & se & omnes posteros ex coniugio na-
scituros, in temporariam & eternam mortem
precipitarunt.

Hæc descriptio patet ex historia Genes. 2. &
3. & explicatione Rom. 5. & alibi. Mors au-
tem phrasí scripture complectitur amissionem
gratiae

gratiæ Dei, amissionem integratim coessentialis
et donorum potissimum et amplissimum, ty-
rannidem Diaboli, calamitates innumeræ in hac
mortali uita, tristissimam animæ ac corporis di-
uulsionem, ac corporis destructionem, deniq;
eternam condemnationem, nisi fiat per Christū
remissio, sicut infrà repetendum erit.

Hæc summatim totâ de ruina hominis doctrinâ
ab oculis ponunt. Sed quædam partes aliquanto
clarius euoluendæ sunt, ut rectius intelligi queat.

III.

QVIS NAM SIT CAUSA
LAPSUS.

Ruinam æternis lachrymis deplorandam,
nisi filius Dei ex immensa misericordia succur-
rit, causatus est Diabolus propria malicia,
odio Dei ac hominum depravans uerbum Dei,
et mirè fascinans homines, spe maiore dignita-
tē Deoq; equalē cōsequendi, sicut testatur Mo-
ses Genesis. 3. Item ioan 8. Diabolus est mēdacijs
pater, hoc est, primus depravator uerbi diuini. 2
Corin. 11. Serpens Euam seduxit astutia sua. Sic
enim appellatur Diabolus, qui per illam bestio-
lam locutus est. 1 ioan 3. Diabolus ab initio pec-
cat, id quod non tantum de ipso intelligi debet,
Sed etiam quod homines ad peccandum induxe-
rit, et si fons ac primaria origo peccati

38 Vnde lapsus humanus.

Deinde concurrens & cooperans causa est
Eua & Adam, qui sine Dei uoluntate aut im-
pulsu, propria temeritate, ac turpi abusu liberī
arbitrij, Diabolo obtemperarunt, eiūq; illece-
bris obsecuti sunt, turpiter à Deo creatore suo
deficientes, & contra ipsius præcepta agentes.

Itaq; coniunctim efficientes cause istius lap-
sus sunt, Diabolus persuadens, & homines obse-
cundantes hosti Dei ex comedentes de arbore ue-
tita. Nam Deus sic inquit. Eua, Adam, quid fe-
cisti? Item, Quia hoc fecisti, mulier in dolore
pariet, terra erit maledicta, deniq; etiam mo-
riemini. Ad serpentem etiam inquit, Quia fec-
isti hoc, ideo in uentre gradieris, itē: Semen mu-
lieris conteret caput tuum. Genes. 3. Vtrisq; igi-
eur peccatū hoc tribuitur. Ideo autē grauior est
hominum transgressio, quia à Deo ornati erant
sano libero arbitrio, ut possent ipsi obedire, &
resistere Diabolo, & abstinere à prohibitis fru-
stibus.

CONTRARIA.

Deo aliquam causam lapsus humani attri-
buere, hoc argumento.

Quicunq; non impedit hominum detrimenta,
cum possit, simul est aliquo modo reus.

Sed Deus cūm potuisset, non impedivit homi-
num lapsum.

Ergo

Contraria lapsus hom. 39

Ergo est simul aliqua eius causa.

Respondeo ad Minorem. Imò impedituit Deus, primum, sue voluntatis indicatione & comminatione pœnae ante factū, Deinde etiam, quia vires eis induit, quibus sese potuissent tueri aduersus Diaboli præstigias, & prohibitos fructus uitare.

Sed cur non mouit voluntates primor in hominum aliter, aut fuga uit Diabolum, ne ad homines accederet? Respondeo, voluntas Dei spontaneam obedientiam ab homine sibi præstari, ideo recte in Siracide dictum est, hominem in manus sui constitij relictum esse, cap. 15.

Deinde responderi etiam potest ad Maiorem, quod aliud sit de Deo, aliud de hominibus loqui. Nam Deus suo consilio non impediens hominem laborem, prius cum libertate arbitrij donarat, ut posset, si uellet, persistere. Habeat igitur aliquem locum Maior in uita humana, & inter homines, obseruato tamen legitimo modo, Deinde etiam non confusis functionibus, ut pastor non potest furum, noctu irrepentem in aedes, manu sua prohibere, sed id facit uerbo, propoenens illud Dei præceptū, Non furaberis: in omnibus uero domibus excubare nequit. Paterfamilias debet prodigū filiū non modo uerbis cohercere,

40 Contrar. lapsus hom.

sed etiam alijs legitimis modis occasiones omnes ei præripere, si uero elabitur, potat & peccatum committit, non potest ubiq; ei præsto esse, nec propterea rem est. Item Magistratus impediens furis graſatoris aut latronis supplicium, cum posset, peccat, quia contra legem Dei facit. Est igitur Maior etiam in rebus humanis non universaliter uera, nimirum non obſeruata legitima ratione.

Item, Angeli boni posſent homicidia, rapinae, furtū hominum prohibere, si uolenter ſeſe hominibus opponcent. Sed nō propterea rei peraguntur eorum ſcelerum, quia id non faciunt, cum non habeant mandatum Dei, ſepiſſime tamen impediunt, quando id Deo ſuo uifum eſt.

Ad contraria pertinet, transferre lapsum tantum in Diabolum, uel in Euam tantum. Sic enim Adam coram Deo in Euam, Eva uero in ſerpentem transfert, cum tamen ipſi quoq; contra Dei mandatum feciſſent. Genes. 3.

Imputare aliquam cauſam lapsus fallo ſeu ſyderibus, contra uerbum Dei, quod tantum Diabolo & hominum temeritati ac defectioni adſcribit peccatum.

V.

IMPVLſIVÆ LAPSVS.

Diabolum

Impulsus lapsus. 41

Diabolum ad seducendos & perdendos homines instigauit, mera & penè incredibilis malitia, nimirum,

Primum, odium Dei creatoris sui, à quo ob peccatum erat cœlesti regno electus & excommunicatus in æternum. Voluit igitur hac ratio ne inimicitias suas erga Deum, quām posset atrociissime declarare & exercere, regnum eius defruere ex ipsum cōtumelia afficere, quod præstantissimum ipsius opus tam horribiliter conspurcaret, & cultū cultoremq; euersum in suam gloriam cultumq; captiuum abduceret.

Deinde inuidia immanis erga homines, quos uidebat in gratia Dei existere, & imaginē Dei luculentissimam repræsentare. Volebat igitur eos horribiliter & extremè deformare. Sicut Sapientiae 2. dicitur: Inuidia Diaboli mors intravit in orbem terrarum.

Tertio τριτη φύσει. Cupiebat enim habere socios calamitatum & aeternarum pœnarum:

Estq; tanta Diaboli peruersitas & rabies, ut non desinat istas inimicitias erga Deum & homines etiamnum exercere, & cumulare mala, Quantum quidem ei, iusto suo iudicio, Deus permittit. Inijcit enim ei frena, ne ex uoto suo omnia peragat.

Homines uero ad tantum lapsum perpetrant, dum mouit,

42 In quibus partibus lapsus.

Primum, falsa persuasio, legis diuinæ sententiæ non esse tam rigidè intelligendam, quam sonarent uerba, & peccatum contra eam non fore tam atrox, ut propterea excusuri sint gratiam Dei, & dona accepta. Fons eius rei est securitas.

Deinde, aspiratio ad maiorem sapientiam & dignitatem, quam hactenus à Deo acceperant, idq; modis non concessis à Deo, imò peruersio & falso iudicio. Fons eius rei est superbia.

Tertio, uoluptas carnalis, hoc est, gula. Hęc omnia instillauit Diabolus, & hoīes lele proprio arbitrio applicuerunt. Sunt autem ista manifesta ex historia Genes. 3.

CONTRARIA.

Affirmare, Adamum misericordia quadam, ne Euam relinqueret solam in calamitate, punitum momordisse. Verum tam sapiens uir, nequaquam tam leuiter est lapsus, sed ipse quoq; fascinatus est illis impulsuis, quas dixi, sine omnī dubio.

VI.

IN QVIBVS HOMINIS PARTIBVS COMMISSVS sit lapsus.

Primum interiores uires defecerunt, Mens,
Voluntas, Cor. Nam persuasione seducti sunt
primi

In quibus partibus lapsus. 43

primi homines. Mens fascinum illud, quod obij-
ciebat Diabolus, recipiebat, nempe non esse
in genitivo, sed dicere voluntatem legis diuinæ spectadā,
et eam quidem non esse tam rigidam, sicut Euā
verbis diuinis duntaxat insistens, putaret. Volun-
tatis uero deserto uerbo Dei inclinat ad ea, quæ
Diabolus dictabat, contra legē Dei. Cordis affe-
ctus hærebant in fructuum elegantiā, et in pri-
mis in cōcupiscentia maiorum dignitatū, quam
Deus impertiuit.

Deinde uero hisce Ducibus in homine guber-
nantiibus mēbra corporis et actiones, corruptis
et in trāsuersum actis, obtemperat manus decer-
pens uetitos fructus, os mordēs, gula deuorans,
uenitriculus recipiēs, et postea sua coctione per-
acta, transmittens in omnes uenas et particulas
totius humani corporis.

In anima igitur et corpore iste fœdus ac hor-
ribilis lapsus accidit.

Obiectum primum spirituale, est lex diuina,
contra quam cōcupiscunt et agunt primi homi-
nes, plus auscultantes Diabolo hosti Dei, quam
creatori suo. Quod n. Deus disertè prohibuerat,
hoc Diabolus impudēter iubet fieri, et horribi-
les tenebras offundit legi Dei et mentibus homi-

Secundum obiectum externum, est pomum
arboris interdictæ, quod intra hominum illorum
nisi circa recipitur.

44 Quomodo lapsus acciderit.
CONTRARIA.

Extenuare istum teturum lapsum, quasi tantum fuerit morsus pomi. Sed hoc in loco pri-
mum consideretur interior defectio a Deo, quam
sequitur externa. Deinde summa legis diuinæ
autoritas, quæ ista interna & externa defectio-
ne horribiliter violatur.

VII.
QUOMODO ACCIDERIT
HIC LAPSUS.

Multa hic occurunt, digna
obseruatione.

Primum, locus istius lapsus est paradiſus, hor-
tus amoenissimus, omni rerum pulcherrimarum
copia instructissimus, ut nulla inopia uictus, nulla
uoluptatum carnalium & licitarum penuria,
necessæ fuerit poma interdicta conirectare.

Deinde non sua sponte labuntur homines
illi primi, Sed angelus malus, de celo præcipi-
tatus in hæc infima mundi loca, ob sua in Deum
peccata, solicitat homines de isto peccato perpe-
terando, ex deniq; etiam ipsos potenter euerit,
etiam si prius nullum in ipsos imperium habuerit.

Tertio, Diabolus non loquitur cum Eva ex
aliquo aniro, aut in propria specie, sed obſidet
ſerpentem,

Quomodo lapsus acciderit. 45

serpentem, bestiolam sicut tum quidem erat non
inuenistam, quamq; non abhorrebat mulier,
per cū uero quod meditatus erat Satan promis.
Foriē putauit Eua, serpentem hoc doni à Deo
acepisse, ut posset loqui, latitatem enim hostē
non perspexit.

Quarto, Euam solam marito absente adoritur
Diabolus, quia sperabat se unum hominem faci-
liss euersurum, euerſiq; opera deinde & alterā
minori negotio labefactare posse.

Quinto, de lege diuina disputationem mouet
Diabolus, quod nimis ualde mirum sit, Deum
uetuisse usum omnium fructuum in eo horto,
quem ad uictum & uoluptatem hominis condi-
disset, nec uerissimile esse, eam Dei sententiam
esse. Infideli autem tenduntur in duabus rebus,
Primum, quod uerbum Dei, quod in mente Eua
primum erat perspicuum & certum, Diabolus
astutē in dubium uocat. Deinde crimen falsi est,
quod de omnibus fructibus Diabolus disceptat,
cū tantum arbor scientiæ boni & mali fuerit
à Deo interdicta.

Sexto, mulier posteriorē imposturam tan-
quam crassiore refutat, ostendens, tanum quo-
dam fructus, non omnes esse à Deo sibi prohibi-
tos, priorem autem fraudem non animaduertit,
ideo hæsitat in comminatione legis, inquieto,

46 Quomodo lapsus acciderit?

NE FORTE moriamini. Deus autem non dixerat forte moriemini, Sed in quocunq; die comedetis ex eo, morte morieris, id est, certò morieris, & erit quidem mors crudelissima.

Septimò, Diabolus ut erat callidus et intètus in omnem occasionem, mox arrepta uocula FORTE, opponit, NEQVAQVAM moriamini. Deinde opponit morti dona ingentia, quæ ex usu istorum fructuum percepturi essent, nimirum maiorem sapientiam & excellentiorem, similitudinē Dei. Hæc est illa Diaboli παρουσία de qua inquit Paulus, Serpens Euam seduxit εν τῇ παρουσίᾳ οὐ τοῦ 1. Cor. ii.

Octavo, miserrima fœmina, omisso uerbo Dei, repudiatis comminationibus, uiro suo posthabito, non reiecta tam grauire in longiore & accersitatem deliberationem, tantum in pulchritudine pomorum heret, quæ quidem nimis precipitanter arrepta, morsu nephando frangit ac deuorat.

Nono, Quasi re bene gesta, nimirum cubante & dormitante delicto suo mulier, iam in Diaboli potestate & fascinatione existens, Adamum ad se reuersum adoritur, & instigante Diabolo, simulq; per ipsam operante, eodē artificio, quo decepta fuerat, decipit & Adamum, ut is quoq; de rigore præcepti diuini discedens, maiorem dignitatem

De causis cur lapsus grauis; 47

dignitatē et uoluptates prohibitas capiet, deque
prohibita arbore comedat.

Quo: o a: tem die ista acciderint, definiri nō
potest, Sed tamen non diu miserrimos homines
in paradiſo fuisse, certum est.

Est igitur peccatum primorum parentum,
spontanea l: gi diuinæ transgressio, quam poten-
tia et debebant obſeruare.

DE CAVSIS QVARE ISTE

lapsus sit grauissimus.

Ex illis, quæ hactenū commemorauimus, fā-
cile est uidere, quenam cauſe istum lapsum co-
ram Deo efficiant longè grauissimum, nempe
quod ad hoc ipsum homo erat conditus, ut soli
Deo creatori suo obediret, eum coleret et glo-
rificaret. Totum ergo hanc scopum finemque; suum
euertit.

Quod non erant homines conditi à Deo ad
mortem, sed ad uitam

Quod erant donis necessarijs instructi, ut
possent à peccatis abſtinere.

Quod diſerte Deus prohibuiſſet quorundam
fructuum ejus.

Quod nulla inopia cogeretur, ad contrectan-
da poma uetita. Nam totus hortus necessarijs et
amoenissimis rebus abundabat.

Quod facile erat ipſi hoc praeceptū seruare;

48 De causis cur lapsus grauis.

Quod tam facile prestigijs, que offundebantur uerbo diuino, applaudebant.

Quod uerbum certum & explicatum, patiuntur sibi in dubium uocari.

Quod creature damnatae & hosti Dei, plus fidei habent, quam uero Deo, suo conditori.

Quod mendacijs credunt, ac præferunt ea ueritati.

Quod in tantis rebus non consulunt ipsum Deum, sed proprio arbitrio se se in hoc peccatum precipitant.

Quod nō contenti sunt amplissimis donis, sibi à Deo collatis, Sed maiora sine Deo & contra Deum appetunt.

Quod Diuinitatem affectant, contra Deum.

Quod gulam pluris faciunt, quam gratiam Dei.

Quod fastidiunt multò præstantiora, pulchri oria, suauiora poma, paſsim in horto nascentia, præ illis uetitis pomis.

Quod utriq; homines tam horribiliter uiolant obedientiam, suo creatori debitam.

Quod utriq; contra Deum creatorem suum, se se dedunt in seruos obsequētes Diabolo, creaturæ perditæ, & hosti Dei irreconciliabili.

Quod utriq; pœnam Dei grauiſſimam, pro nulla prorsus habent.

llac

Hæc & similia, quæ in ista lamentabili ruina hominum primorum pè consideranda sunt, peccati atrocitatem exaggerant, & ostendunt iudicium Dei iustū esse, qui graues pœnas toti generi humano, propter hunc tam fœdum lapsum inflxit. Nam sine eiusmodi meditacione, miseri homines tantum poni mortuum contemplantur, & Dei iudicium nefarie accusant.

CONTRARIA.

In uniuersum negare istam historiam & repudiare tanquam cōmenticiam, id quod faciunt ethnici & Epicurei alijs.

Lapsus istum extenuare, quasi non fuerit atrocissimus, & tali pœna, quam ei Deus statuit & irrogauit, dignissimus.

VIII.

DE EFFECTIBVS ET
damnis huius lapsus.

Perpetrato lapsu hoc nefando & horrendo, contra uoluntatem & mandatū Dei, cœstigio pœnae omnes, quas Deus cōminatus fuerat, agminatim in homines irruerunt, & postea in totam ipsorum posteritatem exundarunt.

Summa rei est, quod præstantissima hominis dona, in substantia hominis & extra eam, partim prorsus amissa sunt, præsertim nobiliora, partim horribiliter confusurata & debilitata, que

fuerunt ignobiliora. Deinde uero succedit malum positiuum in hominis essentia ac natura, quod multo est atrocius, quam mens humana, praesertim sine uerbo Dei, possit cogitare aut percipere. Imago Dei positiva in homine, magna ex parte extincta et ablata est, et successit positiva imago, seu potius larva Satanae. Sed ut res tantae certius et solidius tradi ac intelligi queant, ex 3. capite Genes. ipsa damna huius ruinae enumerabimus, ex quibus elucebit, non esse hyperbolas, quae de pestiferis fructibus primi lapsus referuntur.

Primum damnum est NUDITAS corporis, hoc est, deformitas. Nam prius non ignorabant quidem homines sese nudos esse, sed deformitatem in toto corpore nullam, quae occultanda quidem esset, animaduertebant, sicut etiam nulla inerat.

Ergo hoc lapsu pulchritudo corporis, hoc est integritas ac puritas ablata est, successit autem deformitas positiva, id est totius corporis humani fœda corruptio, quod in carne, cute, uenis, ossibus et quidquid habet corpus humanum, uenenum quoddam est infusum, et quasi consubstantiatum, non aliter ac si ueneno dilutum esset Creticum uinum. Opponitur igitur integrati et puritati corporis, corruptio et uenenata im-

mundicies

De damnis lapsus. 51

mundices corporis, posuium nempe malum,
quod cibulis morbos & alia innumera mala, &
tandem uoratur atq; conteritur morte.

Secundum damnum est FUGA DEI, hoc est,
Animæ ruina & depravatio. Nam ex fonte suo
hæc fuga dijudicata, & priuationem & positi-
uum malum declarat.

Nam in mente hominis extincta luce in spiri-
tu aliis & omnium summis rebus, successerunt
positiæ caligines de Deo, ignoratio ipsius uo-
luntatis, ratiocinationes discrepates à Dei uolun-
tate. Sic enim primi homines argumentati sunt.

Omnis transgressores legis æterna morte pu-
niendi sunt, iuxta uerbum, quod nobis est tradi-
tum, Genes. 2.

Nos sumus transgressores legis.

Ergo nos in æternum puniemur, nec licet no-
bis in conspectum Dei prodire.

Maior et si secundum legem uera est, tamen
non universaliter est uera. Addendum enim &
hoc est, nisi Deus gratis remittat propter media-
torem, quem ipse monstrat.

Deinde uero, neq; Maiorem neq; Minorē ita
intelligit aut expendit isti homines, sicut deben-
t. Nam securitate ingenti erant oppressi.
Scintillæ tamè quædā cognitionis peccati, quas
ex lege reliquæ habebat, eos cogit fugâ arripere

Et querere latebras stulto etiam consilio, quasi
Dei perspicacissimos oculos fallere possent. Itaque;
plurimis modis hoc in loco, cæcitas etiam in lege
Dei describitur, quæ in illis hominibus lapsum
comitata est.

In uoluntate illi promptitudo et rectitudo, ad
uerbum Dei audiendum sublata, et contraria auersio,
odiu et fuga positiva instillata, imò uberrime in-
fusa est. Audientes enim uocem Dei homines illi
primi, non cupide arripiunt et letantur, sed tanquam
hostem suum, et rem perniciosa audientes fugam
capessunt. Iubentur inquam accedere, illi uero
sua uoluntate in diuersum feruntur, cupientes
quam longissime à Deo discedere.

In corde affectuum integritas et harmonia,
partim turbata, partim extincta est. Nam amor
Dei flagrantissimus extinctus est, et succedit po-
situum odium Dei, quo refugiunt et abhorrent
Deum, concupiscunt contra eum et eius uerbum,
desperant, cuperent abesse à Deo. Debebat in
corde uigere optima conscientia, sed eius loco in-
est pessima conscientia, uermis mordens et arro-
dens. Hæc omnia continentur in eo damno, quod
Moses uocat fugam Dei.

Tertium damnum est, EXCUSATIO PEC-
CATI et quasi rejectio culpæ in Deum. Hoc etiam
damnum testatur, summa anime bona esse adem-
pta,

pta, & maliciam extremam ac positivam inser-
tam. Nam timor uerus Dei erat extictus etiam
quò ad noticiam, quia peccati atrocitatē ne per-
spiciebant quidem Adam et Eva. Deinde quò ad
assensum, quia uoluntas est contumax, defendit
scelus, & in creatorem ipsum deriuare conatur
sine omni pudore. Tertio quò ad cordis motus,
quòd non sentit ueros pauores, non sese humiliat
coram Deo. Ita amissō uero Dei timore, & ac-
cepta malicia Diabolica (Quæ ut iterum repetā
cōplectitur tenebras aut potius peruersam quā-
dam lucem in mente, nō rectè iudicante de pec-
cato manifesto, maliciam uoluntatis defensantis
fācīnus, & cordis duriciem atq; stuporem, excu-
tientis metū de peccato) homines erecto corpo-
re, sine inflexione, sine prostratione, sine omni
significatiōe humiliationis aut seriæ pœnæ, tanq
Adamantini scopuli coram offenso Deo assistūt.

In his tribus damnis perspicue indicatur, ima-
ginem Dei in summis rebus extictam, & contrà
positivam ac maliciosam Diaboli imaginem esse
substitutam. Nam hæc uerba spiritus sancti, ani-
mis & oculis pījs, non philosophicis tantum, in-
tuenda & aestimanda sunt.

Quartum damnum, DOLORES IN PAR-
TV LIBERORVM, hoc est, propagatio labis
originalis in uniuersum genus humanum. Fons

istorum dolorum est peccatum, quo tanquam ueneno tota hominis substantia, id est, corpus & anima, uiciata & depravata sunt. Itaque pena peccati statuitur, quod omnes homines, naturaliter nascetur ex hinc primis parentibus, infecta & depravata substantia sint accepturi, sicut eam iam nati essent hi duo homines, totius generis humanæ seminarii futuri. Sicut enim ex uenenata scaturit gime, non possunt aliae que uenenatae et pestiferæ aquæ effluere, ita ex talibus hominibus, quorum substantia erat corrupta, non nisi corrupti homines & debebant & poterant prouenire. Inde est, quod David inquit, Ecce in iniuriatibus conceptus sum, Psalmo 51. hoc est, massa decerpta ex meis parentibus, ex qua in utero matris meæ sum formatus, fuit diluta peccato. Opponitur autem integritati & ornati, quæ Deus in dederat hominibus, & propagatur erat in omnes posteros.

Quintū damnū, MALEDICTIO Terræ, & difficultas in q̄rēdo uictu. Hic uero perit œconomia pulcherrima, amœnissima, fertiliſſima hominū, maxima ex parte. Nā homini tantoperè corrupto, & Diaboli laruum in summis rebus, quæ dixi, repræsentante, debebat etiā correspondere terra corrupta & pdi-a, ut signa reatus, quoquo se uerterent homines in conspectu haberent.

Huc perimet & LABEFACTATIO Domini
nij

De damnis lapsus. 55

Nisi in animalia, et ipsorum erga homines inobedientia, feritas et crudelitas. Non enim tantum solo maledixit Deus, sed etiam ceteris creaturis, ab obedientia atque usum hominum destinatis. Sicut igitur in homine erat uiciata substatio, et inimicitia aduersus DEVM, ita uicissim contra hominem Deus inimicitias, in ipsa terra ac bestijs declarat, ac donorum suorum maximam partem subtrahit.

Sextum damnum, MORIS, quae describitur hisce uerbis, Reuerteris in terram, de qua sumptus es.

Est autem uocabulum mortis generale in sacris literis, significans omnium generis calamitates, spirituales et corporales, quae in hac et eterna uita propter peccatum infliguntur.

Etsi igitur dictum Genes. 3. praecepit de corpore et substantiae demolitione et interitu loquitur: Nam anima hominis sicut ex terra non est, ita nec in terram potest reuerti, tamen sua quadam ratione, etiam anima suas quasdam calamitates, morti non dissimiles habet. Sed haec dexter et non calumniosae intelligenda sunt, ne quis criminetur nos affuerare, animam esse morti obnoxiam, perinde ut corpus.

Animae mortes sunt, extinctiones sapientiae et iudicij in mente ac de rebus diuinis, quibus atra mors, id est caligines terebuisse successerunt.

Memoriae integritas et uigor evanuit bona ex parte,

In uoluntate, pronitas ad res spirituales exspectandas & prosequendas, extincta & ablata est.

In corde puritas optimorū affectuum ablata, & harmonia turbata est.

Ista certè sua quadam ratione mors spirituālis dici possunt. Quia optimæ facultates, ipsi substantiæ animæ primitus implantatae, auulsiæ sunt. Præterea mortis cuiusdam rationem habet, quod anima diuelliatur à corpore suo, licet post corporis destructionem sit superstes.

Deinde compræhendit uocabulū mortis mōbos interiores & exteriores in homine, uel accersitos, uel aliunde aduenientes, casus uarios, mōrēores ac perturbationes qualeſcunq;, bellā, cedes, & deniq; omniū hominum miserrimā destructionē, hoc est, animæ & corporis separatiōnem, corporisq; putrefactiōnē & interitū, &c.

Huc pertinet TYRANNIS DIABOLI, qui propter peccatum, ius quoddam ac dominium in homines accepit, ut eos captiuos ad suum libitum teneat, eosq; ueluti sua iumenta, quibus ipse potens eques insidet, regit, calcaribus urget & exagitat, quantum nimirum Deus illi permitiit. Inde q; princeps huius mundi & fortis armatus dicitur. Ab hac diaboli tyrannide plurimi lapsus, scandala, calamitates, morbi, deniq; ipsa hominīnis destrucciō per mortē, ueluti ex uberrimo fonte scaturiunt.

Ad

De damnis lapsus; 57

Ad mortem deniq; referenda est ÆTERNA
DAMNATIO IN INFERNO , nisi fiat remis-
sio per Christum.

Septimum damnum est EXILIVM etiam in
bac terra. Nam ipse Deus homines ex horto uo-
luptatis , hoc est, amoenissimo , & omnis generis
fructibus resertissimo ac ornatisimo , exturbat,
& reuera exhæredes facit , ac terribilem flam-
mam in aditum bortii collocat , ne iterū tentent
ingressum.

Hec quatuor posteriora damna , imo etiam
reliqua omnia sunt testimonia IRÆ Dei pro-
pter peccatum.

Hi effectus primum quidem fuerunt persona-
les ac particulares , hoc est, Adamum & Euam
inuidentes , Sed quia substantia ipsorum adeo
corrupta est , ut in ipsa hominum massa propa-
getur labes originalis , ideo illi effectus & dam-
na omnia , facta sunt uniuersalia , hoc est, commu-
nia toti generi humano , quotquot ex coniugio
producuntur.

Ista autē omnia etiam hac de causa diligen-
tius examinanda & cognoscēda sunt , quia ut di-
cemus iuuante Deo , transeunt in formam omnium
hominum in toto terrarum orbe , quales quidem
ex parentibus nascuntur , qualesq; ante regene-
rationem existunt . Nam hisce effectibus nō recte

58 De damnis lapsus.

perceptis, hominis nō renati propria forma scie
potius deformitas, non satis intelligi aut expli-
cari poterit, imo nimium ei præter fas & equum
tribuetur.

CONTRARIA.

Ista omnia, quæ Spiritus Sanctus de effectis
bus & damnis primi lapsus literis memoriaq;
tradicit, pro meritis hyperbolis, & immodicis
terrificamentis reputare, & naturæ humanae
maiorem quam habet integritatem, uel nimias
uires & facultates uendicare, id quod faciunt
puti philosophi, deinde philosophotheologi, itē
Epicurei nomine Christiano uelati, qui res tātas
non magnificentes, audacter tamen ueroirem
sententiam criminantur, & falsam, nimium uen-
ditantem humanis uiribus, pro uirili parte tu-
tantur & promouent, tantum ut libidini suæ
morem gerant, Deoq; & hominibus ægrè fa-
ciant.

Ophitarum furores huc pertinent, quos Epi-
phanius scribit serpentem ideo coluisse, quia
cognitionem boni & mali hominibus, tanquam
rem bonam, attulerit.

IX.

DE COMPOSITIS QVI busdam

I.

QVOD DEVS NON SIT CAV
sa peccati.

Toto pectore & immobiliter retinenda est
hæc sententia, quod Deus non sit causa peccati,
uel ex parte uel ex toto. Rationes firmissimæ, &
manifestissimæ hæ sunt.

Primum, Deus totos fecit homines bonos,
quod ad substantiam & uires attinet.

Deinde, præceptum obedientiæ tradidit, in
quo simul dilucidis uerbis expressit comminatio-
nem de pœna seuerissima, siquidem contra suam
uoluntatem, in præcepto indicatam, exorbita-
turi eſſent.

Tertio, admisso peccato, Deus grauiſſime &
non simulatè homines increpat, ac lapsum nos
ſibi, uerum iſpis hominibus imputat, Singillatim
primos hoīes compellans, Adam, Eua, quid fe-
cisti? cur comedisti? Quia hoc fecisti &c.

Quarto, protinus grauiſſimas eis pœnas, ſicuti
prædixerat tāquam inobedientibus infligit, quæ
quidem irati Dei & punientis, non benigni &
ad blandientis testimonia fuere.

Quinto, Tantopere hic lapsus primorum pa-
rentum cum iusticia Dei pugnauit, ut Deus iusto
ſuo iudicio, omnem hominum posteritatē ſimul
pœnis iſtum lapsus subiecerit.

60 An Deus autor peccati.

Sextò, manifestis testimonij omnibus etatibus comprobauit Deus, quod nequaquam sit autor peccati, ut psalmo 5 inquit, Non Deus uolens iniquitatem tu es, Item Odisti omnes, qui operantur iniquitatem Zacharias. 8 cap. inquit: Malum ne cogitetis in cordibus uestris & iuramentum mendax ne diligatis, omnia haec sunt, quae odi dicit Dominus. Iob 34. Absit à Deo impietas, et ab omnipotēti iniquitas. Romanos 5. Per hominē peccatū introiit in mundum. Ioan. 3. Qui facit peccatum ex Diabolo est. Hasce porrò sententias pœnæ personales & uniuersales confirmarunt.

Septimo, contra proprietates Dei est, ei tribuere aliquā peccati in genere humano causam, quia Deus est tantum bonus & iustus, id quod etiam aliquomodo ethnici cognoverunt, Sicut ille inquit, Non sunt Di⁹ ueri, qui faciunt turpia. Præterea nequaquam tribuēda est Deo destructio & confusio creature sue, inter corpora les præstantissime, & ad eternitatem conditæ.

Octauo, omnium firmissima ratio est Misio & Mors filij sui, ad redimēdos perditos mortales, qui quidem iuxta ipsius Dei perspicacissimi & perfectissimi iudicium, non fuerunt ulla alia uictima expiandi, quam incarnatione filij, & eius acerbissima ignominiosissimaq; morte, quam tamen

tamen secuta est gloria resurreccio, uictoria,
regnum aeternum.

Diabolicus planè furor fuit, quòd Simon ille
magus, ista omnia lusum quendam Christi fuisse
dixit, sicuti etiam dignas pœnas suo exitio dedit,

OBIECTIO

Contra uoluntatem Dei nihil potest fieri, quia
aliás nō haberet omnia in sua manu, Ergo Deus
est causa aliqua peccati.

Respondeo, negandum est antecedens. Nam
Deus inquit, cur hoc fecisti? & David pronun-
ciat, Deum non uelle peccatum.

Item Voluntas Dei duplex est, alia uolens,
impellens, & adiuuans res bonas. Alia uero per-
mitteat aliquid fieri, ut in rationali creatura per-
mittit Deus, ut libertate arbitrij sui utatur, uerū
in ea uoluntate permittente, tantum est Volun-
tas Dei, ut bona ex congruentia cum sua norma
stant, & comprehensa est simul Noluntas ut sic
dicam, id est prohibitio seria omnium peccato-
rum. Non igitur tribuenda est Deo Voluntas,
qua uelit, qua urgeat, quaue approbet peccatum.

ALIA OBIECTIO.

Scriptura inquit Deum indurare cor Pharaonis, Exodi 4. Excæcare corda, oculos claudere,
Esiae, 6. Tradere in reprobum sensum, Roma. 1.

62 an Deus autor peccati

Ergo Deus est autor peccati aliqua in parte.
Respondeo. Est fallacia phrasis. Nam uerba in
istis locutionibus significant permissionem. De-
inde aliud est malum culpæ, aliud pœnæ. Granis-
fima autem Dei pœna est, sine omni dubio ali-
quem hominem totum imperio et libidini Dia-
boli relinquere. Neq; tamē scelerum Deus causa
est, Sed Diabolus et improbi homines.

ALIA OBIECTIO.

Præcipiens furtæ, homicidia &c. est simul
causa peccati.

Sed Deus præcipit spoliationem Ægyptio-
rum Exodi. 3.12. præcipit fundi sanguinem homi-
num, Genesis 9.

Ergo Deus est simul aliqua peccati causa. Re-
spondeo ad Maiorem, uerè ac propriè sic di-
cta, et contra uoluntatem Dei. Deinde ad Mi-
norem. Deus præcepit pœnam infligendam Æ-
gyptijs. Deinde Aegyptij exactionibus iniustis
Israelitas spolianerant, ideo DEVS ea que iure
competebant Iraelitis, tanquam Magistratus
summus et Dominus omnium, ut propria suo
populo restituebat. Furtum est propriè contre-
statio et ablatio rei alienæ inuito Domino. Sed
ista bona nō erant propriè Aegyptiorum, uerum
Iraelitarum, Deinde uero omniam maximè
Dei.

Dei. Sua ergo Deus donat, cui uult. Sua etiā, id est, sibi debitā mercedē pro laboribus difficultatis, iudicis oīm summi sentētia recipiūt Israelite.

Dictum Genesis loquitur de pēna, quam iudicio Dei Magistratus in homicidas & alios grassatores exercere debet. Ac discernenda sunt iniusta homicidia, siue priuatorum, siue Magistratum. Nam Deus non tantum priuatos pēnis subiicit, sed etiam in Magistratus, tyranicē in innocentes sequentes, animaduertit, sicut experientia e doct̄e gō̄es scripserunt, Sine cæde & sanguine pauci Descēdunt reges & sicca morte tyranni.

II.

AN I M A G O D E I , H O M I N I B V S
primum ab architecto suo indita,
permāserit integra, et in quibus
partibus sit uel perdita uel
corrupta.

Gratiissima quæstio est, an hōies eam integratē imaginis Dei, qua erant primitus ornati, post lapsum retineant, & quibus in partibus uel perdita prorsus, uel corrupta & uiciata sit? Hac autē doctrina ex solidis scripturæ sanctæ fundamētis rectè exposita & perspecta, plurimum certaminis de uiribus hominum aut libero arbitrio præcidi, rectiusq; intelligi potest.

64 Quid amissum de imag. Dei.

Cæterum dolendum est, tum ueteres tum recentes Ecclesiæ Dei scriptores, (excepto uirò Dei Lutherò, qui præ alijs humanam maliciam singulari ardore & fælicitate passim in suis libris describit) tam parùm, tam tenuiter, ac (ut pace eorum dicerim) scèrè nihil ea de re proposuisse, certe parùm rem tātam explicasse. Scholastici uerò disputatores, tenebras ueritati offuderunt suis spinosis & inextricabilibus præstigijs. Quæ quidem res argumento est, tantoperè nos miseros homines esse depravatos, ut tāquam phrenetici, extremam nostram miseriam & calamitatem nō rectè intelligamus, nec credamus, licet à sacris literis & ueris doctoribus instituamus, et uel ipso immoto omnipotētis Dei uerbo conuincamur.

Nos autem in præsentia, simplicem tantum sententiam ex uerbo Dei, & illis, quæ præmisimus, recensemus.

Primum, Integratatem Imaginis diuinæ in hominibus, post lapsum primorum parentum, non mansisse, omnes pīj & sani in Ecclesia Dei uno ore profidentur. Testes uerò eius rei sunt duo omnium grauiſſimi, primum Scriptura sacra, Deinde experiētia uniuersalis in nobismet ipsis.

Nam scriptura sancta inquit: Homo similis factus est iumentis, Psalmo 49. Item: in peccatis conceptus

conceptus sum Psalmo 51. Potest etiam ista ratio adiici, Quicunq; faciunt peccatum, sunt ex Diabolo, dicuntur filij Diaboli, et eius semen in se habere, 1. Ioan. 3. Ioan. 8. Ex Diabolo autem esse, non est imaginem Dei, uerum Diaboli potius tram laruam representare. Sed nos omnes peccauimus Roma. 3. 5. Sumus uenundati sub peccatum Roma. 7. corrupti & abominabiles facti sumus Psal. 14. Ergo imago Dei non est, ut erat a Deo indita, neq; in Adamo post lapsum, neq; in eius posteris integra. Procreauit enim tales liberos, qualis ipse post peccatum factus erat.

Deinde, quod ad experientiam attinet, omnes homines in se dispidium rationis & uoluntatis & affectuum, in magnis & paruis rebus mentis stupiditatem & errorem, & cordis horrendas turbationes in affectibus, fugam odiumq; honestias omnium uirtutum, & summū ac quasi innatum desiderium turpitudinum, uoluptatum & omnium uetitorū experiuntur. Sed neq; illa uel mediocriter perspiciunt homines ex se, sine luce diuina, neq; etiam expendunt, tantum uero aliiquid uident ac mirantur in tam præstanti opere, nimirum horribilem ataxiam, eoque etiam eruditissimi deflectunt, ut id morbi non innatum, sed consuetudine & paruis sententijs assertum. **Si** sentiant **as** dicant.

66 Amissa de imagine Dei.

Sed in eo nunc cardo huius rei uersatur, quid sit amissum, quid deprauatum in illa Imagine Dei, præcipue cum totus homo non sit simpliciter nihilum redactus, ut Bucephalus, neque si (quod ad externam speciem) mortuo cadaveri aut ruderibus collapsæ atque destructæ domus prorsus similis. Manet enim corpus, manet anima hominis, nascitur homo uiuus, durat aliquot annos, anima etiam post corporis interitum est immortalis.

Fons autem huius doctrinae ex effectibus & damnis lapsus Adamici, de quibus supra diximus, promanat, itaque inde estimari debet, collatis etiâ his, quæ supra de forma hominis integri ex uerbo Dei differuimus.

DE AMISSIS AC VITIATIS rebus in imagine Dei in hominibus.

I Puritas, iustitia & integritas in substantia hominis, est amissa. Succedit autem in omnibus particulis hominis iniustitia, uenenum dirum ac mortiferum, ita ut nullum membrum in homine, siue paruum, siue magnum, sit purum, sicut erat primum à D E O conditum, sed fermentatum, feculentum prorsus, & ueneno dilutum, seu positus, ut sic dicam, eo per fermentatum & consubstantiatum

stantiatum. Huc pertincent iudicia Dei: Nisi quis renatus fuerit, Ioan. 3. Item, caro & sanguis non hæreditabunt regnum Dei, 1. Cor. 15.

Anima etiam ista labe ita est aspersa & perdita, ut necesse sit eam à corpore auelli ad tem-
pus, & aeternos deinde cruciatus perferre, ni liberetur, ac per sanguinem Christi & sp̄iritū Dei lauetur aut renouetur.

II. Sapientia in rebus summis, spiritualibus & diuinis, amissa & extincta est: quod quidem ad ueram, solidamq; notitiam essentiae Dei & uoluntatis eius, ac uerorum cultuum rationem attinet: hæc est priuatio summorum honorum. Successit autem positiva insipientia, tristes & maximæ cæcitates & errores de essentia Dei ue-
ra, de uoluntate eius in rebus spiritualibus, de ueris ac præcipuis Del cultibus, peruersitas as-
tortio iudicij aut interni risus in rebus spiritua-
libus ac diuinis, ut uel nihil cernant homines, uel
etiam insuper praua & incurua eis uideantur esse
recta, cuius rei imaginē præbet luculentā Suiconi-
des, Sapiētia(sed carnali tantū)præ alijs celeber-
rimus, qui interrogatus de Deo, quidnā esset, tam
diu procrastinādo respōsum distulit, donec tan-
dem coactus Hieroni respōderit: sese què diutius

68 Amissa de imagine Dei.

cogitaret, eo minus inuenire. O tetras & horrendas humanæ mentis tenebras. Sacrae literæ tradunt, Deum sapientiā hominibus, quam alias in rebus istis sacris nullo ingeniorum suorum scumine indagare aut assequi poterant, benignè largiri. David inquit: Illumina lucernam meam Psalmus 18. Nam alias erat sine luce futurus. Hanc partem etiam probat officium Christi, qui eam ipsam ob causam ex fini æterni Patris prodidit, ut nobis immediate & mediately per salutares doctores, per uerbum ac Spiritum Sanctorum articulos fidei, & quæ scire nos uolebat DEVS, reuelaret, Ioan. 1. Et Pater inquit: Hunc audite, nimirū talia tradentem, quæ uos, si absq[ue] hoc Oratore foret, prorsus ignoraretis.

Addendum & hoc est, quod malicia quedam errandi ac fingendi opiniones falsas de summis rebus, ut de Deo, eius uoluntate, & præcipuis cultibus, in hominis mentem successit. Nam seu pendere est licentia & temeraria audacia hominum in configendis Diis & eorum ueneratione, Sicut Roma. 1. dicitur, quod immortalis Dei cultum, in turpem pecudum & monstrorum uenerationem nefariè mutauerint. Quod omnium gentium tum olim tum & nunc in Papatu & alibi idola & errores testantur ac manifeste euincunt. Vehementissime homines, iuxta suam quietem

Amissa de imagine Dei. 69

dem naturam, abhorrent ab articulis fidei diminitus reuelatis, tanquam paradoxis, absurdis, & prorsus ab omni sapientissimorum hominum ratione & iudicio alienissimis.

Hæc causa, hæc scaturigo est eius furoris, quod potissima totius mundi pars omnibus etiam tibus, sapientiam Dei, in sua doctrina patefactam, auersata, pro extrema stulticia eam habuerit, ex ueluti blasphemam immanissime persecuta sit, id quod etiamnum à gentibus, Turcis, Iudeis, pontificijs & falsis Christianis, perdite sapientiam humanam amantibus, sit, sicut 1. Corinth. 2. dicitur, Animalis homo non percipit ea quæ spiritus Dei sunt. Attexitur autem siue ratio siue explicatio grauiissima, Stulticia enim est illi, & non potest cognoscere. Et Colos. 1. scriptum est, Eratis aliquando alienati & inimici mente in operibus malis. Item Galat. 4. Qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum, qui secundum spiritum erat.

Imò in rebus externis etiam tenebræ non exiguae successerunt, ut dicemus paulo post.

III. In uoluntate promptitudo & alacritas ad res spirituales diuinaque amissa est, & successit posuua quedam & uehemens inimicitia adversus D E V M, & earum rerum, quas modo dixi, omnium nausea, abominatio & reiectione,

70 Amissa de imagine Dei.

quatenus quidem nō aliunde Voluntas reformeatur. Item effrenis impetus ac malitia, ad res falsas & Deo displicētes expetendat & prosequendas, sicut Rom. 8. nequaquam falso seu hyperbolice, ut quidam cauillantur, dictū est: Sensus carnis inimicus est Deo. Nam de mentis & uoluntatis inuersione, & malitia contra res Dei seu Spirituales, loquitur Apostolus. Itē Roma. 7. Video legem in membris meis, repugnantem legi mētis meae. Legem autem in membris uocat Paulus, et mētem iudicio suo auersantem, doctrinam cœlestem, ac præferentem suos errores uanaq; mendacia: & uolūtatem recalcitrātem per se suauē naturā, ac nō promptè imperio Spiritus sancti sese subiçientem.

III. In corde ardētissimi ac purissimi affectus erga Deum & eius Voluntatem, seu res diuinās ac spirituales, euanuerunt, & harmonia in reliquis horribiliter turbata est. Succedit autē odium Dei sese in certo uerbo patefacentis, flagrantissimi motus erga res malas & prohibitas, ut Genes. 6 dicitur: Cogitatio cordis humani in malū prona est ab adolescētia. Item, cor hominis prauum & inscrutabile Jerem. 17. Quamuis de oībus pariter potentijs seu uiribus animae, nō tantum de affectibus cordis, hact dicta iuxta phrasē scripturæ sanctæ acoipienda sint.

Ita nimirū uitiata & turbata est norma, & proprietatū seu uirium humanarum erga Deum & sese inuicem relatio atq; proportio.

V. Amisso est dominium in animalia & terram maxima ex parte. Successit autē animalium inobedientia & feritas erga homines, ac terra sterilitas & imbecillitas.

VI. Amissa est trāquillitas cōscientiae & eternaque uita in eo statu, quo primum homines erāt creati: successit autem temporaria & eterna mors, cunctos mortales deuorans.

DE RETENTIS REBUS DE imagine Dei in hominibus.

I. Etsi mansit corpus & anima hominis exuta, tamē & spoliata sunt suis substancialibus seu propriissimis proprietatibus imaginis diuinæ, quibus successit impuritas & malitia. Et corpus quidem portione suam, quam de imagine Dei habuit, ut suprà diximus, penitus amisit, & tanquam scoria quædam de argento remansit Anima uero licet ipsa quoq; ueluti scoria ex auro purissimo & quidē multo deterius quiddam facta aut commutata sit, tamen, quæ scintillæ, reliquie seu uestigia de Imagine Dei in ea remanserunt, expli-
candū est, in quibus nimirū homo à bruis tamen differt, etiam in hac uita.

II. Mansit in ratione hominis aliqua noticia rerum externarum potissimum, in secunda tabula Decalogi comprehensarum (sed nulla habita ratione Dei) hoc est rerum ad externam hanc uitam necessariarum, seu discrimen honestorum & turpium, principia speculabilia & practica, ut quidem Philosophi, homines & uxori, de ijs loquuntur. Verum ea quoq; noticia in plurimis rebus secundæ tabula cæca penitus, in reliquis languida & imperfecta est.

Hic dominatur artium & uniuersæ Philosophie, ex certis quibusdam principijs seu regnioris inuentio. Huc & iura gentium & ciuilia, ex naturalibus quibusdam sententijs, quas & dogmatis & novacis evvoiles uocarunt Ethnici, extorta, referenda sunt.

Sæpe tamen mens in inueniendo & iudicando, tenebris suis seducta, & imbecillitate fracta, aberrat in hisce ipsis rebus externis, etiam crassis ac palpabilibus, sicut rursum suo loco dicendum erit.

Intellectus ea ipsa externa audiens non ita facile percipit, facilimè autem à uero aberrat & hallucinantur. Memoria difficilimè retinet, nec in promendo iterum tam est parata, uti debet. Hinc multi laboris est, sapientiam carnalem & mundanam uel solū aliquam eius partionulam

Niculam etiam addiscere, ac paucissimis, ut propter uerbio dicitur, contingit fontes Musarum haurire. Imo ipsimet philosophi palam fatetur, perfecte sapientem, aut etiam perfecte philosophum, Dialecticum, Rhetorem &c. reperiri in hac uita neminem.

De prima uero tabula extremæ tenebrae & inscitiae atque errores sunt in mente hominis, adeò ut siue somnium aliquod de Deo in ea reliquum sit, siue ratiocinando acquiratur, tamen plurimi ex hoc ueluti incerto ac instabili mentis somnio negarunt esse Deum, multi uero nihil non idolorum ac portentorum inde porrò extruxerint. Deinde quid sit in essentia, quæ eius Voluntas in rebus spiritualibus & cultibus diuinis, imo etiā in plurimis externis corporalibus ac terrenis rebus, ignorant. Præterea tanta est peruersitas & malicia mentis, ut audacter Idola & falsos cultus, quibus Deus blasphematur, comminiscatur. Est enim uerissimum, quod omnis homo præstantissima sua ratione seu sapientia, sit blasphemus idolatra, ignorans, imo uero & damnans ueram sententiam de Deo, & eius ueneratione, & scandens mendacij, erroribus, blasphemias de ipsisdem. Nam Paulus inquit Rom. 8. φρόνημα τοῦ σαρκὸς ἐχθρεῖς θεὸν. Et ratio additur. Nam legi Dei non subiicitur, hoc est, nō nouit ea, quæ sunt

legis, præsertim in prima tabula. Deinde uoluntas etiam, ut dicemus, ea nō expedit uel expedire. Nam illa Paulus coniungit.

Dura & aspera hæc uidentur Philosophis, & qui dilutam rationiq; ac philosophie attemperatam theologiam unicè amant: Sed uerbo Dei, hoc est, iudicio Creatoris nostri, ut longè acerri-
mo, ita etiā uerissimo, fides omnino est habenda.
 III. Mansit uoluntas aliqua, ut etiam in Dia-
bolis, sed mutilata, omni bono exuta & peruer-
sa, Et quidem, ut modò est dictum, à Deo quidem
auersa, & adres falsissimas ac pessimas contra
prima Decalogi tabulæ, à ratione tenebricosissi-
ma & mendacissima (in rebus quidem eiufmodi)
dictatas, arripiendas et expediendas, omnino cō-
uersa ac pronissima, id quod potissima semper
hominū in mundo pars testatur. Nam multò eu-
pidius & ardentius feruntur homines ad idolorū
uenerationem & cultum, & superstitionia alia
opera, quam ad ueri Dei ueros cultus, in uerbo
perspicuo traditos. Petet exempla à Iudæis &
gentibus, à Turcis, à papisticis plusq; Cimmerijs
tenebris obrutis, & prorsus ethnicis idololatrijs
dementatis. Summa rei est, quod uoluntas humana,
ad uerè bona primæ tabulæ, seu res Spiritus,
planè mortua, & ad contrà agendum planè fu-
riosa est.

Deinde

Deinde uero in rebus externis, ad secundam tabulam pertinentibus, mansit aliqua uoluntas in homine, sed inconstans tamen, uariabilis, & peruersa in plurimis, tantum sua querens, non gloriam Dei. Etsi enim alicubi disciplina graui & assuefactio[n]e difficiili, uoluntas honesta utcunq[ue], quae praeuidet, iudicat, prescribit ratio, prosequitur & prestat, tamen plurimi in genere humano, frequentissime contrarium fecerunt & faciunt. Et in heroicis naturis, non raro uoluntas affectibus rapta contra iudicium rationis exorbitat, multa iniuste, multa tyrannice, multa libidinose audens & perpetrans. Sicut Alexander optimè institutus, & heroico animo præditus, tamen contra suæ rationis dictamen, libidinibus, helluationibus & crudelitatibus tandem se dedit & perdit.

Est & hoc adjiciendum, quod Diabolus, utilimenti hominis errores quosdam, mirabili certa potentia & astutia offundit, ita etiam uoluntatem potenter inclinat ac impellit sape in tetrafacta, reclamante ratione, sicut inquit Paulus, Diabolus esse efficacem in filiis incredulis. Eph 2. Item 2 Timo 2 Diabolum laqueis tenere homines captiuos ad suam uoluntatem.

67 Retenta de imagine.

1111. In corde remanserunt aliqui affectus, in rebus inferioribus atque exterioribus, ut socii erga liberos, parentes, propinquos, amor coniugum, amor rerum honestarum. Sed hoc mitij inest, quod illi motus primi sunt ualde languidi, sunt sine Deo eiusue obediētia, sua querētes, et sunt imperfecti, immo turbantur ac deformantur, et non raro abeunt in uicia, sicut amor liberorum degenerat in indulgentiam, rapit nos in auariciam et alia peccata.

Ad hunc modum sacra scriptura dicit, manifeste quidem Cor (quo uocabulo praecipuas aut rationales in homine partes seu uires comprehendit) sed corruptum, sed immundum, sed uanum, sed peruersum, immo deniq; horrenda metamorphosi ex corde Spirituali, in lapideum et adamantineum, ut scriptura loquitur, immutatum, perinde ac si aurum et argentum purissimum uersum esset in plumbum aut scoriam, aut uinum in acetum, uel aquam, quibus similitudinibus haec teterrima substantialisq; fermentatio aliquo modo depingitur, etiam ab ipsa scriptura.

V. Retinetur aliquod etiam uestigium dominationis in quedam animalia, ut boves, oves, equos, gallinas &c. Sed difficultatem labore circumcurari et regi possunt, que aliqui, si absq; pecato

cato fuisset, sponte hominibus obsequia praestimatisserent, sicut et tota rerum natura.

VI. Remansit etiam uita quædam animalis in homine, quæ tamen non modo mille periculis, ærumnis, cruciatibus exposita est, sed etiam singularis momētis tyrannidi mortis subiecta est. Extinguuntur fœtus in utero recens aditi, in adolescentia, in flore etatis, eo ipso tempore, quo uel plurimum discendum erat, uel dona accepta optime collocari poterant. Et hac lege iam uitā agimus, ut ad istam tabulam singulis minutis sit respiciendum, in qua scriptum est, Iam illi, Mox mihi, Hodie mihi, cras tibi, Vereq; alterū pedem in sepulchro, mox ut nasci cœpimus, habemus. Ac quò finis mundi fit propinquior, eò brevior hominum uita est, adeò ut ferè adolescentes seu iuuenes, nunc in senio iustaq; etate videantur esse constituti. pauci enim quinquagesimum, paucissimi sexagesimum annum attingunt, si quid excedit eos terminos, miraculi loco est.

In anima etiam mansit hoc, ut sit superstes et immortalis, etiam resecta aut auulsa à corpore per mortem temporaneam.

Ex hisce iam potest estimari, quid de Scholasticorum sententia iudicandum sit, quod inquit, Hominem esse spoliatum in gratuitis, et vulneratum in naturalibus. Primum enim ista

78 Refenta de imagine.

intricatè ac perplexè dicuntur. Nam quæ sint illæ
gratuita sive naturalia, non satis (meo quidens
iudicio) explicat. Deinde nimium leuiter & fri-
gidè de inflictō danno loquuntur. Non enim tan-
tum sauciatio in Naturalibus, sed primū amissio
principiarum rerum ex substantia facta est, quæ
quidē ipsi substantiæ increatæ atq; implantatae
fuerūt, & ad formā essentialē hominis in natura
integra pertinebant. Deinde nō modō uulnera,
sed res multò tertiiores succederūt, quæ nunc in
natura corrupta, positū malū sunt. Scholastici
uerò uulnera hoc in loco, tantū positui boni de-
bilitationem, nō totalem priuationē in rebus om-
nium maximis, multoq; minus positionē extremi
ac bono priori contrarij mali, ueneni, aut pesti-
lentis arboris intellexerūt. Fundamentū porrò
scholasticæ & synergisticæ locutionis est, para-
bola Christi de sauciato Viatore, quæ rem istam
totam, ueluti similitudō, non plenè explicat. Et
notum est, quæ sit Christi in ea similitudine in-
tentio, scopus seu finis.

Crasior uero sententia eorum est, qui aseue-
rarunt, Naturalia prorsus mansisse integra. Sed
eam sententiam etiam ipsimet Scholastici sanio-
res, tanquam merè ethnicam, & sacris literis
contrariam exploserunt.

DE.

DE HOMINE COR-
RVPTO POST
LAPSVM.

Damnis horrendi lapsus primorū parētum,
recte perspectis & mediocriter explicatis, facilius nunc & lucidius de homine non renato, doctrina proponi & percipi potest. Quales enim Adam & Eua facti sunt post ruinam, tales etiam procrearunt fætus, sicut prouerbio dicitur, nac̄ hōū κόρειος καὶ οὐ κόρη, nisi quod subinde natura hominū uidetur deterior fieri, quia peccatis, quibus hec postrema mundi ætas scatet, pœnæ grauiores, quæ etiam in posteritatē usq; sese extendunt, accersuntur. Deinde intelligū piæ mentes, quæ hac in parte afferētur in mediū, non esse segmenta hominum, aut hyperbolas, sed res ueras multoq; tristiores, quam à nobis quidem uerbis explicari queāt. Videamus igitur quales nos ipsi iam post lapsum, ante regenerationē simus, ut deformitate nostra agnita, nō simus belli sufficiunt potius superbi pharisei, sed modestè atq; humiliiter de nobis sentientes, gratiam Dei ac regenerationem, exemplo Nicodemi, à Christo accipere discamus, acceptam uero magnificiamus, Optemamus, ut Deus opus bonum, quod in nobis excepit, conseruet & perficiat.

80 Decorrupto homine.

SERIES PARTIVM.

- I. De appellationibus hominis non renati.
- II. Quid sit.
- III. Quottuplex.
- IV. Vnde sit talis homo
- V. Que eius materia
- VI. Qualis fit homo post lapsum. seu de propria ac nativa eius forma.
- VII. De fine atq; fructibus talis hominis.

An sit genus humanum, ex Adam & Eua propagatum, corruptum & depravatum, extra omnem controversiam ponimus. Nam hoc satis declarant effectus Paradisiaci lapsus, & porrò confirmatur uerbo Dei, ac omnium mortalium experientia. Non enim tantum mille periculis omnes subiecti sumus, Sed pariter ab atra morte interficimur sine ullo discrimine. Accedamus igitur rectè ad alias partes institutæ doctrinae.

I.

DE APPELLATIONIBVS
hominis non renati.

Induntur homini, qualis quidem nunc est ante regenerationem, in sacris literis nomina quædam, uel à substantia eius, uel à formalí uel finali causa, ut sunt.

Caro, ut omnis caro corruperat viam suam
Genes. 6.

Appellationes corrupt hom. 81

Quod natum est de carne caro est, Ioannis 3.
Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.
Item, SI secundum carnem uixeritis, moriemini,
Roma. 8. Caro concupiscit aduersus Spiritum.
Gala. 5. Significat autem in his distis uocabulum
Carnis, phrasis scripturæ, hominem totum non
renatum, in quo regnant tenebrae in rebus spi-
ritualibus, et concupiscentia. Additur autem
interdum caro et sanguis, ut, caro et sanguis
regnum Dei possidere non possunt, 1. Corinth. 5.

Ἄνθρωπος, animalis homo. 1. Cor. 2. Natura-
lis seu animalis homo, non percipit ea, quæ sunt
spiritus Dei. Item, 1. Cor. 15. Est corpus anima-
le, est spirituale. Dicitur autem homo ἄνθρωπος,
qualis nascitur a suis parentibus, in rebus spiri-
tualibus prorsus cæcus, immo pro mera stultitia
res diuinæ habens et damnans.

Terrenus, Ioan. 3. 1. Cor. 15. quo uocabulo
non tantum materia hominis ex qua denotatur,
sed etiam conditio ac proprietas eius, quod tan-
tum aliquid de terrenis rebus intelligat, et non
sit hæres uitæ æternæ, iuxta hanc quidè terrenā
natiuitatem et terrenas actiones. Ideoq; opponitur
ei cœlestis, hoc est nouus homo, ex caelo per Deum
regeneratus, et regni cœlestis hæres.

Vetus homo, non ratione etatis, sed respectu
noui hominis. Itaq; etiam infans, in utero adhuc

82 Appellatio. corrupti homi,
existens, phrasí scripture uetus homo dicitur.
Ephes. 4. Colos. 3. Rom. 6. Vbi docet Apostolus,
ueterem hominem exuendum esse, non quidem
carnaliter, ut Nicodemus opinabatur, sed spiri-
tuali quadam ratione.

Filiij huius seculi, Luca 16. & conuenit cum
appellatione terreni. Opponitur autē filijs lucis.
Item Filij irae, Ephes. 2.

Peccatores, Rom 5. Per unius inobedientiam
peccatores multi constituti sunt.

Mortalis. Acto. 14. & 1. Cor. 15. oportet
mortale hoc induere immortale.

Arbor mala, putris, Matth. 7. Item, spinae,
tribuli, non proferentes sicus aut uvas.

Ex Diabolo esse, Ioan. 8. seu filios Diaboli esse,
Matth. 13. Genimina uiper arum. Nam sine dubio
Christus uoluit ad Serpentis uenenum respicere,
quod in homines effudit, & idem est, filium Satanæ
esse. Item esse domum seu hospitium Diabolorū,
Matth. 12. item, esse seruum aut mancipiū Dia-
boli, Ephes. 2. Esse filios incredulos, ibidem.

Mortui in delictis, Ephes. 2 Colos. 2. Venun-
dati sub peccati, hoc est, mancipia peccati, Rom. 7.
Inimici Dei, Rom. 5. 8.

Populus sedens in tenebris, & in regione um-
brae mortis, Esa. 9. Matth. 4. Item, oves errantes,
Esa. 53. Matth. 15.

Tenebrae, Mundus, Ioan. 1.

Sed non est nostri instituti, omnia nomina

Quid homo corruptus.

83

epitheta & picturas, quæ homini corrupto peccatis, in sacris literis tribuuntur, cōmemorare. Satis igitur sit, nos occasionem studiosis aliquā praebusse, ut appellations emphaticoteras in sacris literis accurate obseruent. Nam propriā ac natuam nobis formam ob oculos uiuis quasi coloribus depingunt ac proponunt.

CONTRARIA.

Appellations de renato homine loquētes, de prauato homini impiè ac superbè tribuere, ad extollēdas eius uires praeter omnē modū et rationē.

Irridere istas appellations, quibus homo naturalis describitur, tanquam hyperbolas, Stoicas et absurdas, id quod faciūt philosophi et Pelagianū ueteres ac recenies: Ideoq; illarū uocū significata extenuant.

II.

QVID SIT.

Homo naturalis seu uetus, est animal, à Deo per propagationem naturalem ex mare & semina creatum, constans anima rationali & corpore, horribiliter iuitatum in substantia & proprietatibus suis, ita ut seruat peccato, et uestigia exigua Imaginis Dei adhuc reliqua, nō modo sine uera Dei notitia sint, Sed etiam contra eum dirigantur, maledictum à Deo, & in hac uita mille aerumnis & miserijs obnoxium, ac deniq; æternas morti & condemnationi destinatum, nisi fiat rem Generatio à Deo.

F 2

84 Quotuplex homo corrup.

Fons istius descriptionis est sacra scriptura, tristissimis uerbis omnes eius partes explicans. Huc pertinet Christi dictum Ioan. 3. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Quod ex carne natum, caro est. Plura autem testimonia breuitatis gratia omitto.

III.

QVOT VPLEX.

Primū, omnes mortales ex aequo peccato originis depravati sunt, afferentes secum ex utero materno naturam Jordidam & malitiosam, & damnatam in eternum, nisi fiat per Christum remissio peccatorum, & imhoēetur aliqua nouitas.

Sed tamen miranda quadam dispensatione Dei, alius alio melior uel deterior est in ipsa corrupta natura, & rebus externis seu politicis, ac uidentur tres gradus hominum non renatorum posse constitui. Primum sunt heroici quidam homines, præ ceteris naturam quandam nacti, ac reuera diuino quodam afflatu excitati & confirmati ad artes, sapientiam politicam, uirtutes ac res præclarè gerendas idoneam, qualis certè inter gentes extiterunt nonnulli. Ouidius in

poëst,

poësi, Cicero in eloquentia oratoria, Aristoteles
in physicis, Aristides in morum integritate, Iuli-
us rebus bellicis, Apelles in arte pingendi &c.
excelluerunt. Hi sunt illi summi gradus aut fortis
homines, qui per se sapient.

Deinde sunt mediocres homines, quorum
natura flecti, adsuefieri, excoli utcunq; potest
præceptis & exercitatione. Hi secundo loco lau-
dantur, quod ut ipsi per se sapere ac omnia per-
spicere nequeant, at saltem rectè monentes au-
diunt.

Tertio, quidam sunt deterrimi, ita stolidi, he-
betes, inepti, ut subtiliorem aliquam institutio-
nem non admittant, & nec per se sapient, nec
& rectè monentes audiant, perinde ut sterile so-
lum frustra culturam patitur.

Hæc differentia autem tantum versatur circa
res carnales, seu ad hanc terrenā uitā quoquo
modo pertinentes, Dei quodam consilio & gu-
bernatione. Vult enim Deus etiam inter gentes
aliquam externam disciplinam obseruari, &
penas aduersus violatores honestatis politicæ
cōspici, ac deniq; uaria ac maxima beneficia huic
miserae uite necessaria præstari. Propter hasce
igitur duas causas, heros uel mediocres saltem
homines inter gentes excitat, tum ut sint guber-
natores & custodes aliqui disciplinæ, tum ut

86 Quotuplex homo corrup.

pænæ sumantur de improbis. Deinde ista in
æqualitate quasi consociat & cōiungit Deus huma-
nū genus, ut sibi mutuas operas præstet, sapi-
entiores ceteris gubernatione & alijs officijs,
bebetiores uicissim ignobilioribus operis sibi &
alijs profint.

III.

VNDE SIT HOMO NON RENATVS.

Remota efficiēs causa hominis est Deus. Sicut
inquit Psal. 100. ipse fecit nos, & nō ipsi nos.

Propinquæ efficiens, sunt parentes naturales,
ex quibus mirando Dei opere homines propagā-
tur. Hac doctrinā pulchrè explicat Paulus, Acto.
17. Deus, inquit, dat omnibus uitam & halitum
per omnia, fecitq; ex uno sanguine omne genus
humanum.

Ceterū diligenter discernendum est illud,
quod Deo est tribuendū, & quod hoībus. Deus
naturam humanam conseruat, sed peccatum &
malitia, quibus natura hominum diluta, uitiata
& perdita est, tantum sunt ex hominibus. Cū
enim Deus homines, naturali quadam propagā-
tione uelit condere & conservare (Christi hu-
manitas excipitur, quæ suæ quasdam habet pro-
prietates) naturam humanā sustentat, qualis est,
hoc

hoc est, Qualis materia in ipsis parentibus est,
talem inde fœtum producit. Tribuenda igitur
Deo est conseruatio naturæ, non peccatum, quod
ex nobis est & Diabolo.

Cause cur Deus humanam naturā conseruet.
ac propagationem fieri permittat per parentes
cum peccato, hæ sunt.

I. Quia Deus vult in istis signis reatus, cōspici
atrocitatem primi peccati, & omnium scelerum,
quæ ab hominibus patrantur.

II. vult considerari potentiam Diaboli, & ma-
chinaciones ipsius aduersus genus humanum.

III. vult iram suam contra peccata & destruc-
tionem operis sui in conspectu uersari.

IV. vult homines respectu huius clavis
& damni, estimare suum beneficium, quod
morte & obedientia filij sui unigeniti homines
iterum redemit, & ex ingenti misericordia eos
regenerat, & inchoat nouitatem.

V. Vult excitare desiderium integræ restitu-
tio[n]is, quæ fiet post resurrectionē, & uitæ eterne.

CONTRARIA.

Philosophica opinio, solem & hominem gene-
rare homines. Ignorat enim philosophia uerum
Deum, conditorem & conseruatorem rerum
omnium.

Malitiam in natura Deo tribuere tanquam
autori, id quod Manichæi & alij faciunt. Sed
contra bonitatem & iustitiam Dei est, pecca-
tum seu malitiam facere, ut testatur Psalmus 5.
Non Deus uolens iniquitatem tu es: hoc est, non
condit, neq; approbat peccatum Deus, quia ipsius
uoluntati, ordini & operi conirarium est.

V.

QVÆ EIVS MATERIA.

Constat homo non renatus primum corpore
& anima.

Sed iste hominis materiæ non sunt puræ.
Inest enim præterea quoddam fermentū, seu po-
tius uirus pestilentissimum & mortiferum, cum
anima & corpore conglutinatū, quo fit, ut uitia-
tum ac depravatum corpus, uitiataq; depravata
ac malitiosa anima, ex utero matris ædantur in
hanc lucem, id quod David hisce uerbis effert:
Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in pec-
catis cōcepit me mater mea, Psal. 51. hoc est, mea
massa, deriuata ex parentibus, ex qua in uentre
matris meæ sum formatus, fuit res uitiata, cor-
rupta, ueneno quodam, pugnante cum uolunta-
te Dei, infuso & immixto.

Qualis igitur fons est, talis & est riuulus.
Parentes sunt peccato infecti, uitiati, perditæ in
tota

tota massa sua, Itaq; & factus, ex natura, seu sanguine ipsorum enascens, eandem habet lepram, eandem pestem.

CONTRARIA.

Abeuerare naturam hominis, quam profert ex utero, non esse tam infectam aut tam malam. Item peccatum esse tantum reatum quendam propter lapsum primorum parentum, non etiam uitium in massa nostra, id quod refutat psalm. 51. luculenter in dicto citato. Et Paulus inquit, Eramus NATURA filii irae, Ephes. 2. hoc est, non tantum rei propter alienum delictum, sed natura nostra uitiosa est, peccato perdita, ut etiam sua natura, ira Dei & damnatione sit digna, nisi fiat per Christum remissio & liberatio.

VI.

DE PROPRIA AC NATIVA HOMINIS NON RENATI FORMA, quantum quidem ad theologiam attinet.

Ordine ac diligenter in homine considerentur substantia eius, Deinde vires seu potentiae substantiae inditae, Tertio conditiones non paruae neque paucae in rebus extra ipsum existentibus, sed tamen ad ipsum resipientibus, tum germana ac propria hominis non renati forma, tetra sane & planè deploranda apparebit.

DE CORPORE COR-
RVPTO.

Quod ad corpus hominis attinet, et si membra cohærent ossibus, neruis, uenis, carne, cute, externamq; hominis formam, qua à cæteris animalibus differt, repræsentant, tamen primum tota illa corporeæ substantia, est non tantum rea coram Deo, sed intra se se continent peccatum, hoc est, uenenum pestiferum, impurum, Deo dis- plicens, damnatum, quod omnibus partibus, etiam minutissimis, immixtū, & ut sic dicam, incorpo ratum est, seu in substantiam hominis abiit.

Hinc sit, ut nuditas hominis, que maximum erat eius ornementum iuxta Dei fabricationem, summa nunc facta sit deformitas, ita ut cōtegenda sint membra uestibus, ac pro meritis beluis iure habeantur, si qui nudatis omnibus corporis sui partibus iam in mundo palam incedant.

Deinde ipsa hominis externa forma, non est tam elegans, uenusta & suauis, sicuti in integritate extitisset. Plurimi toruum uident, aut alijs non satis gratam habet faciem, & morbos quoſdam animi seu malitiā in facie depictam gerūt & ostendunt, iracundi rubent, liuidi pallent, Su perbi, pertinaces, buccas inflant, supercilia ex tollunt. Malitiosæ nature uel tristes caput in clinant, hirquis tuentur &c.

Multi

Multi reperiuntur gibbosí, claudi. aut alijs non habentes decoram illam membrorum omnium proportionem, quam debebant habere: tamen monstra hominū uaria, de quibus Geographi tradunt, item portetosos fætus, quales in hac inclinatione mundi plurimi subinde nascuntur

Intus uero corpus non habet eum uigorem, quem debebat. Temperamenta mirè uariant, alterantur & degenerant, uel ætate hominum, uel alijs accidentibus. Paucissimi rectè ualent, hic laborat catarrho, ille doloribus alijs capitisci: alijs imbecillitate uentriculi, alijs epatis uitio, alijs intestinorum crutiatibus, alijs in pedibus, alijs in brachijs & alijs partibus de infirmitate quod queratur habet. Deniq; si maximè optima videatur aliquis ualitudine breui tempore uti, tamen dictum ac factum languere ac deficere incipit. Hoc pacto corpus hominis mille morbis obnoxium & expositum est.

Postremò dira mors non tantum omnem uigorem ac motum adimit corpori, sed horribiliter insuper totum corpus destruit, ac penitus carnem & osa depascit, conterit atq; impuluerem terræ, uti à Deo prædictum est redigit, Genes. 3.

Anima uero, corpori unita, in sua substantia etiam impura ac ueluti ex auro purissimo in scoriam immutata est, & destituta præcipuis ac summis proprietatibus ac facultatibus, quas debet habere. Si Natura hominis integra permanisset: est infirma, immo insuper detestanda malitia prædicta, ut contra Deum cogitet & agat, sicut in proximo loco indicauimus, & hic etiam quædam attingenda sunt.

Nem anima habet nunc eam conditionem, quod non perpetuo relinquitur in suo hospitiolo corporis, cui erat unita mirabili Dei sapientia, potentia & clementia, sed cogatur inde violentia summa diuelli, & aliquandiu separatim degere, donec filius Dei in resurrectione iterum corpus & animam coniungat. Sed de quibusdam proprietatibus seu partibus anime separatim est dicendum, ut omnia fiant clariora.

DE MENTE COR-
RVPTA.

Cum tota anima sit peccato, non minus quam ipsum corpus corrupta & transformata, sine dubio, etiam illa pars eius, quæ mentis substantiam præbet, depravata est: unde manifestum porrò est,

est, potentiam illam & actiones inde prouenientes, labem illam, impuritatem atq; imperfectiō nem simul in se habere, neq; esse tam uiuida, illūstria, præstantia, sicuti fuissent in natura inuiolata: uerū ista explicanda sunt.

Mens hominis primū per se in rebus diuinis, pertinentibus ad prīmā Decalogi tabulam, & summis fidei articulis, prorsus hebes & cæca est. Et si enim somnium aliquod incertum & instabile de Deo haberet, quod sit, & quod potens, tuus &c. tamen de uera Dei substantia ac uoluntate, (præsertim uero Euāgelica) nihil nouit, Debebat autem ea sapientia esse norma actionum hominis præcipuarum, unde in psalmo dicitur: Dixit insipiens (quales quidē sunt omnes homines absq; regeneratione in rebus diuinis) in corde suo, non est DEVS, psalmo 14. Item, non est Deus, sunt omnes cogitationes eius.

Deinde uero etiam mendacia, errores, & blasphemiae contra Deum, & res diuinās, in mēte regnāt, hoc est dira illa malitia, qua mens fingit aliquid esse DEVū, quod non est Deus: fingit religionē & cultos diuinos, quibus uerus DEVS blasphematur, sicut inquit Paulus Roma. i. Euāuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & immutauerunt glo-

94 Forma hom. corrupti.

riam incorruptibilis Dei in similitudinem im-
ginis incorruptibilis hominis, & uolucrum &
quadrupedum, & serpentium. Item commuta-
uerunt ueritatem Dei in mendacium, & colue-
runt & seruierunt creature potius, q̄ creatori.

Tertio, sapientiam Dei patefactam de eſen-
tia & uoluntate sua, & reliquis grauiſimis re-
bus, abhorret mens humana, & non potest per
ſeſe recte intelligere aut accipere. Iudicat enim
illa omnia, quæ DEVS peculiariter reuelat, eſſe
mera paradoxa, aliena ab omni ratione, imo
blasphema & nequaquam admittenda, Sicut lu-
culenter docet Paulus i. Corin. 2. Animalis homo
NON PER CIPIT ea, quæ ſunt Spiritus Dei.
STVL TITIA enim eſt illi, & NON POTEST
(γνῶναι) INTELLIGERE. Emphatica ſunt
iſta uerba omnia. Primum enim cæcitatem men-
tiſ humanae deſcribit, quod ignoret ſpiritum di-
uini res. Deinde etiam ſummam eius malitiam
exprimit, quod eiusmodi res omnes pro merita
ſtulticia habeat auerſetur & execretur, ac non
ualeat aſequi intellectu. Sic psalmus 116 inquit,
Omnis homo mendax, hoc eſt, mens hominis non
tantum eſt cæca, ignorans res Dei præcipuas, Sed
insuper hec duo mala habet, Vnum, quod men-
dacionum pelagus contra res diuinias cotinet, quo
exſtuat, & idola uaria producit, cum ſumma
meri

ueri Dei blasphemia. Alterum quod res diuinæ,
patefactæ, & monstratas diuinitus, non potest
percipere ex sese, sed potius iuxta suum caligino-
sum & prauum iudicium auersatur, damnat,
detestatur, Sicut Athenis uociferabantur docti-
simi philosophi & sapientissimi quiq; Paulum
uniuersam philosophiam, & suam uerā religio-
nem, quam ab auts atq; at autis acceperant, fun-
ditus delere: ac dignū esse, qui tanquam alastor
crudelissimis supplicijs de medio tolleretur.

Quarto, et si de rebus externis ac mundanis,
in mente aliqua notitia reliqua est, tamen ea
quoq; adeò non est similis illi luci, quam Adam
ante lapsum ingenitam habuit, & omnes eius
posteri, si absq; peccato māssent, habituri fuis-
sent, ut nec exculta quidem omni instructione,
doctrina ac experientia mons uix umbrā quandā
cognitionis, quae fuit in Adam, asequatur. Nam
primum plurima honesta & necessaria in uita
humana, mens ignorat penitus. Deinde bone-
storum & turpiū discrimen, quām est exiguum,
quām languidum, quām incertum & variabile,
si iam si ingens cultura & longa exercitatio ac-
cesserit.

Quintò, maxima est mentis imbecillitas, in
intelligendis rebus externis etiam, ut in artibus
& uniuersa philosophia. Deinde et si quādā meq;

96 Forma hom. corrupti.

dio criter intelliguntur, tamē iudiciū in pluribus
sepe fluctuat, sepe hallucinatur & aberrat,
id quod in uarijs philosophorū sententijs & con-
tentio nibus uidere est. Præterea memoria diffi-
cili mē res ostēsas & inculcatas, recipit, receptas
uerò facilimē iterum amittit, & opus habet cre-
berrima repetitione, agitatione & usu, imò hæc
etiam obseruatione digna sunt, quod rarissimē
simul in uno homine reperiantur, uis excellens
& insignis res oblatas uel proferēdas rectē iudi-
candi, & uis memorie uiuacis ac præsentis. In
altero horū plerunq; titubat. Deinde etiā, quod
post ætatem uirtutem, memoria plerunq; langue-
scat, decrescat, & in senibus ferè omnino amitta-
tur, unde dicitur: Bis pueri senes.

Deniq; et si res externas ac mundanas,
sagacitate humana explorat, & ostensas mens
humana potest aliquo modo intelligere ac percipi-
pere, tamen longē alia ratio est in rebus diuinis,
quæ sine illuminatione & auxilio Dei, neq; in-
telligi, neq; percipi rectē & solidi possunt. Nam
illæ affines sunt rationi, hæ uero minimē.

Sed ne quis criminetur, nos ex mente homi-
nis tantum saxum aut stipitē facere, ideo aperte,
quid ei tribuendum sit, exponimus, nimirum.

Primum tribuimus menti suas quasdam facul-
tates, apprehensionem rerum, cogitationem ac
iudicium,

iudiciū, & memoriam, de quibus in physicis dicuntur, uerū istae facultates & corruptae sunt horribiliter, & habent suas metas ac gradus in quibusdam rebus tantum, non autem in omnibus.

Deinde tribuimus menti sapientiam quandam naturalem, de secunda tabula potissimum, & quidem de rebus externis, & de illis etiam non totalem, non plenā, non absolutam. Hæc sapientia apud philosophos uarias habet appellatiōes, uocatur enim prima principia, noīvæ, evvoīcē, τερπλάντεις, ορισματα, Discrimen honestioris & turpium. Sunt enim qualescunq; fontes, fundamenta, & normæ rerum agendarum aut intermittendarum in hac mundana seu ciuili uita: à Paulo uis Dei dicitur, Romano. 1. & opus legis, Roma. 2. Faciuntq; philosophi illas notitias duplexes. Theoreticas & practicas, quarum hæ ad actiones, illæ ad cognitionem pertinent.

Tertiò tribuimus homini iuxta suas facultates, etiam hanc admirabilem (licet non talē, quælis in integritate fuisset) lucē, ac regulam actionum, nempe quandam ratiocinationem, collectionem, inuentionem, & extictionē aliarum conclusionum. Sic Paulus ad Roma. inquit, gentes ex opificio mundi ratiocinari de aliqua suprema mente, rerum omnium architectatrice & gubernatrice, hoc est, quod sit Deus, & sit potentissimus, tali modo.

98 Forma hom. corrupti.

Impossibile est tam amplum, tam ornatum,
tam ordinatum, tam utile totius mundi opus, ra-
tos ac certos syderum cursus & effectus, specie-
rum omnium rerum tam certam cōseruationem,
propagationem, usum, decorum, hominis fabri-
cationem, & eius facultates & actiones tam mi-
rabiles, & præstantiores cæteris naturis, &c.
casu exorta esse aut consistere.

Ergo necesse est esse aliquam intelligentem
mentem supra omnes creature, omnipotentem,
quæ hæc creavit, curat, certisq; legibus conser-
uat. Ratio consequentia est ordo causarum &
effectuum & aliarum rerum diuinitus ordinata
connexio, quem ordinem & connexionem utcunq;
cernit & sequitur ratio Nulli fortuitū & casua-
le, semper est sui simile, neq; est diuturnum aut
perpetuum. Sed mundus semper est sui similis,
Ergo non est quiddā fortuitū. Cum autem ordine
mirabili omnia sint & procedat, & sint ad usus
condita omnia certissimos, ideo necesse est sapien-
tem autorem & economistū istius mundi existere.

An uero ante illam ratiocinationem, in mente
qdam adhuc fauilla de Deo reliqua sit, ambigitur
etiam à præstantissimis philosophis. Neque est
hereticus, utram quis opinionē modeſtè tueatur.
docti ut plurimum inclinant in eam sententiam,
notitiam quandam ob[scr̄]uā tamen, in mente ho-
minis.

minis non renati naturaliter esse, quod sit alius Deus, uerum in plurimis istam fauillam, tempestatis horrendis tenebrarum & caliginum in mente, ferè penitus extingui. Eisi autem ea sententia, quod sit Deus, quod sit potens, illa ab extensis rebus ratiocinatione, paululum, que nec ipsa in rebus difficilibus persistit sed evanescit, stabilitur, tamen ulterius ad firmam ac ueram cognitionem unitatis Dei, & Trinitatis in illa unitate, & voluntatis diuinae in prima præsertina Decalogi tabula, nulla mens humana sine uerbo Dei, uel naturaliter, uel cultura ethnica qualitercumq; progredi potest.

Ad istam ratiocinationem pertinet & obseruatio experientiae uniuersalis, que fit homini non renato nō sibi & principium firmum.

Huc insuper perimet iudicium quoddam de facinoribus tetris, quod pœnae sint consecutae, siue occulto quodam sensu, esse mentem aeternam, iustum, exigentem pœnas, siue ratiocinatione ab experientia uniuersali, Quia atrocia delicta semper comitantur atroces pœnae.

Quarto tribuimus homini non renato, ex noticijs Theoreticis & ratiocinatione, artium quedam semina, ut Arithmeticæ, Geometriæ, Physicæ, Musice, Dialecticæ, Rhetoricæ, &c.

Item quedam semina iuris ciuilis. Nam noticia practice seu secundæ tabulae Decalogi, seu

100 Forma homi. corrupti.

ius naturale, quæ omnia idem significant, primæ elementa seu fundamenta suppeditant, & plura uis ratiocinandi ex illis producit & extruit.

Quinto tribuimus menti facultatē, quod cultura solerti & diligentī in rebus externis posset proficere sapientia, doctrina, iudicio: sed tamen nō modō id difficile est, etiā optimis naturis, uerū etiā metas suas habet, ita quidem, ut summa inter sapientissimos ethnicos sapientia, adhuc tamē quām longissimē à perfectione (etiam quod ad res externas attinet) absit. Et uix unus aut alter præstantes artifices in multis seculis ac generibus extiterint.

Ista omnia relinquimus in suo foro ac loco, si modo rectè, si sobrie, si modestè accipientur & usurpentur. Nam si quis debitā in hisce metas excedat, iure reprehensionem incurrit. Nihil enim contra uerbum Dei asseuerandum est.

DE VOLVNTATE CORRVPTA,
in rebus spiritualibus &
diuinis.

Voluntatis etiam organon non est purum, nō tale, quale absq; peccato esse debebat. Ipsa autem substantia corrupta, et quidem horribiliter, impossibile est ipsius facultates esse integras, præsertim cū substantiæ & facultatum inhærentium necesse sit esse proportionem quandam. Sed hæc

hec particulatim enotanda sunt, ut confici & intelligi queant.

Primum uoluntati conuersio ad Deum, & promptitudo, alacritas, robur & firmitas assentiendi rebus diuinis, & in summa perfecta congruentia uoluntatis ad normam a Deo traditam, penitus est adempta, sicut docent sacræ literæ, ut 1. Cor. 2. Animalis homo NON percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Nam ibi uerbū percipere, & mentis intellectum, & uoluntatis assensum exprimit. Philip. 2. Deus est, qui operatur in uobis, & uelle et efficere, pro beneplacito. Assensu itaq; & actiones ex eo profluētes in eiusmodi rebus, non sunt ex hominibus, sed ex peculiari Dei dono & benigna operatione.

Deinde uoluntas non renata, non modo naufragat & repudiat res diuinæ, sed etiam res falsas, mendaces, uanas, blasphemias, ex hominum cetero confitas, aut alioqui superstitione quadam receptas, ueris ac diuinis rebus præfert & anteponit, ac horribiliter Deum uerum, cum suaruelata uoluntate, blasphemat, Quidemadmodum Paulus testatur, 1. Cor. 1. Nos prædicamus, inquit, Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalū, Gentibus autem stultitiam. Et cap. 2. Res Spiritus sunt animali homini stultitia. Id uero nō tantū mens pronunciat, sed uoluntas etiam suo suf-

fragio approbat & sequitur. Experiētia insuper declarat, falsam religionē, idolatricos cultus, superstitiones, mulio ardenius homines amplecti et exequi, quām ea omnia, quae Deus certo uerbo præscripsit.

Tertio, uoluntas iuxta præsentem suam natu-
ram, reluctatur & repugnat Spiritui Sancto, &
eius doctrina, sicut perspicue scriptum est: Caro
concupiscit aduersus Spiritū, Gal. 5. Item, sentio
aliam legem in membris meis, repugnantem legi
mentis meæ, & captiuantem me in legē peccati
Rom 7. Itē: Sensus carnis inimicus est Deo. Rom.
8. Et si autem hæc dicta testantur, in renatis ad-
huc eam malitiam, contradictionem & pugnam
reperiiri, licet spiritus eam aliquo modo repri-
mat & infringat, tamen certissimum inde est, eam
non aliudè quām ex depravata natura scaturire,
& quidē magis effrenē, uehementiorē ac poten-
tiorē existere in homine prorsus nō regenerato.

Quarto, legem Dei perfectè & iuxta Dei uo-
luntatem implere nequit, id quod ex prioribus
fontibus profluit. Rom. 8. scriptum est, Legi Dei
non est subiectus carnis sensus. NE Cenim P O-
TEST. Item lex infirmabatur per carnem, id est,
homo non renatus (sic enim carnis uoce Aposto-
lus uitetur phrasī scripture sanctæ) legem Dei ex
totis uiribus non potest implere, ideoq; nec le-
gis

gis brauium assequi. Item, Rom. 3. Omnes egent gloria Dei, hoc est legis omnimoda impletione, qualem Deus exigit. Nullam enim maiorem & augustiorem gloriam, ad conspectum Dei homo posset adserre, quam perfectissimam legis diuinæ obedientiam, ad quam erat initio conditus, & summis donis ornatus.

DE VOLVNTATE CORR VPTA
in rebus carnalibus seu
externis.

In rebus externis secundæ Decalogi tabula potissimum, seu quo ad carnales actiones, habet uoluntas aliquam potestatē & facultatem, quod ea, quæ dictat ratio, approbat, prosequitur et expedit, ut quod ædificat domos, emit, uendit, &conomiam instituit & gubernat, regit externos mores, cohercet membra, ne omnis generis turpitudines committant.

Hinc se, tilla satis magna uoluntatis
non renata encomia, quod
ei tribuitur.

1. Aliqua potestas in regenda loco motiva.
2. Aliqua potestas in regimine politico & economico.
3. Aliqua potestas in disciplina philosophica aut ethnica praefienda.

4. Aliqua potestas in pietate Pharisaica, seu Monastica praestanda.

Verum hic necessariò, accurate, & diligenter obseruanda sunt ista quatuor.

Primum, quod illa omnia non sint perfecta, non modo quia legi diuinæ per omnia non respondent ac satis faciunt, sed etiam, quia in rebus ipsis externis plurimum est defectus, plurimum sordium, plurimum exorbitationum. Fons & causa est, naturæ humanæ depravatio & imbecillitas, que longè maiora sunt, quam ut à profanis recte intelligi queant.

Secundò impeditur hæc uoluntatis potestas, tribus remoribus ac hostibus nequaquam inualidis: ipsa nimirum naturæ malitia, Diaboli inspirazione, potentia ac tyrannide, deniq; etiam peccatis plurimorum hominum in hoc mundo exemplis.

Tertiò ingens, seu, & penè incredibilis est malitia ac libido non renatae uoluntatis, faciendi contra omnem honestatem. Paulus de ueteri seu non renato homine inquit, Eum seruire immunditia & iniuriant ad iniuriam. Rom. 6. Imò eti si theoreticam rerum quarundam honestarum, arcano quodam iudicio non improbat uoluntas non renata, tamen in praxi fertur equis auriga, nec audit currus habens, sicut Medea ista exprimit,

primit, video meliora, proboq; deteriora se-
quor. Quantum quæso scelerum uel amore, uel
inuidia, uel metu, contra non modò rationis iu-
diciam, sed etiam uoluntatis aliquam tacitam
intra se se approbationē fiunt? Imò Paulus inquit
de se iam renato Roma. 7. Non quod uolo bonū
hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago.

Quarto, ad res bonas et honestas, carnales
duntaxat, hominum uature uix longa institutio-
ne, sedula exercitatione, & ferè non sine plagis
difficilimè adsuefieri & cogi possunt. Inter mille
enim uix unus est, in quo deprehendas indolem
flexibilem & promptam ad obsequia, non ta-
men per omnia. Nam ad mala quælibet, omnium
hominum naturæ sunt propensissimæ & ualidis-
simæ, sicut experientia declarat, & Paulus re-
natus etiam grauiissimè queritur, eam ad malum
innatam propensitatem, plurimum sibi negotij
faceſſere. Roma. 7.

DE CORDE COR- RVPTO.

Quod ad cordis substantiam attinet, ueneno
peccati, sicut cætera membra corporis, tota dilu-
ta ac deprauata est, unde fit, ut etiam in coquen-
dis, maturandis, & dispergendis sanguine &
spiritibus uitalibus, non possit esse tam pura,
tam perfecta, tamq; efficax ut debebat. Illi ipſi

quoq; uitales spiritus, ex uenenata materia consta-
stant, quæ nulla ui naturali excoqui aut expur-
gari potest. Impuros itaq; spiritus & imperfe-
ctos, tum propter ipsam materiam ex qua con-
stant, tum etiam propter imperfectam cordis ma-
turationem, cor toti corpori subministrat, cum
alioqui, si absq; lue originali fuisset, ipsa materia
spirituum uitalium fuisset purior, perfectior, ui-
uacior, ino totum inde corpus extitisset multo
excellentius, generosius & uiuacius. Nunc pro-
pter illos crudos halitus tam est segnis & imers
nostra natura, ut uigilantes etiam dormire &
somniare uideamur, id quod experientia testa-
tur. Etsi autem quidam in quibusdam rebus ex-
citatores uidentur, tamen quam sepe illi quoq;
dormitent ac langeant in maxime necessariis
rebus, satis constat.

Deinde uero quod ad præstantiores motus &
actiones cordis, amissit penitus suam congruentiam
in rebus spiritualibus ac diuinis ad normam
diuinam, hoc est, alacritatem, puritatem, perfe-
ctionem, & uisæ & cœv motuum omnium, & est
uiciissim in corde imobedientia & contumacia ad
uersus Deum & eius res diuinas. Exempli gratia:
Cor integrum atq; incorruptum dilexisset Deum
ex T O T O corde, sed nunc expers est cor isti-
us plena ac perfecta dilectionis erga Deum, &
contrâ

contraria inest tētrum & perfectum odium Dei. Sicuti enim mens & uoluntas, iudicant res spiritus esse magnam & detestandam stultitiam, ita cor etiam affectū accommodat, hoc est odit & execratur. Insuper loco dilectionis Dei, est in corde summa & promptissima dilectio idolorum, ad quae cor humanum hinnit ut scriptura loquitur, perinde ut equus ad equam. Nam idolatriam spiritus Sanctus, propter illos ardentiissimos & propensiissimos motus, paſſim fornicationem appellat. Vide hac nostra aetate uel saltem Antichristi turbam, quam immani odio erga ueram Dei doctrinam flagrat? Quantum opum effundit, quantam hominum multitudinem miserabiliter necat ferro, flamma, aqua, torturis inauditis, ut tanum idolomaniam suam & corruptelas summorum fidei articulorum stabilitat.

Imò quoq; languet, torpet, sepe etiam penitus uel exulat, uel moritur sere in ipsis pījs cor, legens uel audiens uocem Dei certo uerbo traditam. Vicissim autem de alijs rebus carnalibus siue bonis siue malis, acerrimis mortibus cogitat. Quid igitur non fieret in non renatis?

Debebant motus cordium in prima Decalogi tabula requisiti, prelucere motus

bus in secunda præceptis, uerū cùm illi præstantissimi quasi exhalauerint, (perinde ut ex unguèto optimus odor fecibus putridis & inutilibus relictis) & contrarij pessimiq; nunc in corde nō renato regnent, duplex ibi calamitas conspicitur, Primum quòd duces ipsi, hoc est, primarj cordis motus sunt contra Deum. Secundò, quòd ordo eorum nullus esse potest, atq; affectus erga res externas, ubi optimè sese habet Cor, principalem obtinent locum.

Tertiò, in motibus cordis carnalibus, & erages externas, tria consideranda sunt. Primum impuritas & imperfectio etiam bonorum affectuum, qui sunt reliqui in natura. Sicuti enim substantia cordis est corrupta, & ratio iudicium suggesterens est depravata, ita etiam cordis motus in externis quoq; rebus sunt uitati, sunt languidi, non habent eam præstantiam ac dignitatem, quam habuissent natura existente integræ & inuiolata, ut sogyaci erga liberos, quantum imbecillitatis continent: dilectio proximi, quam est impura, quam frigida? idem de ceteris iudiciis est.

Deinde est in corde mirabilis & deformis aetaxia, hoc est confusio affectuum etiam in rebus carnalibus. Nam sæpe predominantur h̄i affectus qui reliquis postponi debeant, ut sogyaci erga liberos,

liberos, s^epe iuste ire aduersus delicta secund^a tabulae, et necessariæ castigationi præferuntur, unde nascitur indulgētia, corruptio et pernicies liberorum. Non raro etiam motus cordis male et peruersè applicantur ad eas res, quibus non conueniebant, ut amor coniugum applicatur ad pellices, ira accommodatur ad res iniustas, ad illicitā uindictam, Misericordia præpostera sc̄u amore peruerso, parcitur hominibus flagitiosis et noxijs, tanū propter aliquam coniunctionem aut commodum.

Præterea insignis, enormis et effrenis est malitia cordis in affectibus erga res carnales. Nam disciplina quadam seueriori nos constringentes, odimus natura, tanquam nobis a grē facientes, etiam si sunt homines carissimi, ut parentes, præceptores, amici, cōcionatores, Magistratus. In tenera adhuc ætate liberi, et si non penitus suum exuunt amore erga parentes, propter ferulam se ferientem, tam illam castigacionem refugiunt et oderunt, factiq; grandiores, non raro cum malevolentia et odio erga parentes, necessarias reprehensiones excutiunt, et quasi effractis repagulis licentiosam uitam agūt. Flagrantissimi sunt motus in libidinibus uagis, in quaritia, in simultatibus et uindicta, in obtricationibus, et similibus rebus. Hic igitur non

110 **Forma hom. corrupti.**

modo perfectionem, sed exuberantiam summane
uideas, cum in affectibus erga res diuinias, omni
pumice aridiores, omnique glacie frigidiores
simus.

Est hoc etiam expendendum, quod etiam est
ratio aliquid cordi in rebus carnalibus sive ex-
ternis dictat, tamen uel parum cor afficitur, &
languide obtemperat, uel etiam prorsus in con-
trarium astuat & fertur, ut, ratio iudicat non
esse contrectandas res alienas preter ius & fas,
Sed in fure, in latrone, in auaro, in adultero,
astus cordis per vim eos rapiunt aliò, ut magno
impetu contrarium expetant peragantq;. Item
ratio significat cordi, ne innocentibus iniudeas,
Sed malitia cordis tanta est, ut sepe nolit eam
frangere, odio & malevolentia preter causam
exuberet. Hac igitur ratione, sicut inquit Christus,
Ex corde (ueluti ex lerna quadam uberri-
ma) exeunt male cogitationes, adulteria, for-
nicationes, homicidia, furtæ, auaricie, nequitiae,
dolus, impudicitiae, oculus malus, blasphemia,
superbia, stulticia;

Quarto, conscientiae sedes, quo ad affectus
seu motus, cor est. Nam aliqui iudiciu de nor-
ma & applicatione, in mente collocari solet.
Scriptura enim sacra plerumq; cordis uocabulo
comprehendit & notisiam & affectus. At-
qui

qui in corde non renato, prorsus nullus est mor-
sus conscientiae de peccatis contra primam De-
calogitabulā, hoc est, de cæcitate in cognitio-
ne Dei, de idolatria, de diffidentia, de timore
Dei nullo aut non uero, de blasphemis contra
Deum, eius uerbum et cultus. Ratio est; Quia
et norma de tantis rebus in mente extincta est,
et affectus congruentes simul in corde deleti
sunt. Deinde uero in profanis genibus et hypo-
critis, multò est maior cordis sensus aut mæror
propter res falsas, uel etiam propter externas
in secunda tabula, quam propter peccata contra
primam, ut, plus mæret Alexander de interfe-
ctis suis consiliarijs et ducibus, quam de eo, quod
Deum non timet, non credit uerae doctrinæ, non
rectè invocat Deum. Plus dolet Monachus pro-
pter ceremonias suas neglectas, quam pro-
pter idolatriam, quam exercet. Seuerius ira-
cuntur illis Papistæ, qui die Veneris aut alijs
statis diebus non ieiunant, quam qui truncos ex-
culptos et pictos invocant et honorant, quod
potius uelementissime probant. Multò ue-
lementius odio et ira ardent aduersus eos,
qui docent et statuunt, Sola nos fide in Christum,
hoc est, fiducia innitente misericordie
Dei et merito Christi, coram Deo iustificari,
quam ijs, qui meretrices apud se fouent, plurimos

112 Forma hom. corrupti.

infantes, omnibus piratis & latronibus immanis-
res, trucidant, atq; ex uoto legeq; Sodomiticam
& Sibariticam uitam agunt & profitentur, seu
castitatem, ut ipsi nō t' cōvīlī p̄fēctū nominant,
obseruāt. Hosce enim Ecclesiasticos, sanctos, ue-
nerādos Episcopos, presbyteros, patres uocant,
honoribus, beneficijs, pingui culina, auro argen-
toq; dignos, illos uero h̄ereticos proclamat, igni,
aqua, ferro de medio tollendos.

insuper in rebus externis etiam s̄epe conscientia
est secura, negligens, coaceruans delicta sine
magnis doloribus: aut si qua sentit, qua potest
arte & uiolentia, excutit ac delet morsus, uel
coloribus aut etiam incredibili pertinacia defen-
dit delicta. Deniq; si conscientia prorsus uinci-
nequeat, tum belluationibus & ingurgitatio-
nibus miseri homines interdū dolores ac mero-
res animi quasi restinguere conantur, uel tandem
sese desperationi totos dedunt, & uel morsibus
illis atteruntur, attenuantur & extinguuntur
penitus, uel alias in calamitates ingentes, quibus
exitium sibi accersunt, sese præcipitant.

Addendum & hoc est, quod non tantum sit
homo talis, qualis utcunq; delineauimus, sed
etiam sit habitaculum Diaboli, eius mancipium
& organo, ex cuius hospitis seu Domini imperio
seces actiones sunt deteriores. Sed h̄ec suoloco.

Fundamentum

Fundamentum itaq; in homine est, corpus & anima hominis, item malitia naturali nunc in corpore & anima eiusq; facultatibus & actionibus multò tetricor & pestilentior, quam ab ulla homine intelligi, uel uerbis explicari queat. Terminus est, inobedientia erga legem Dei, reatus coram Deo, ira Dei, abominatio hominis, & æterna eius abiectio, nisi fiat remissio per Christum. Sed ea de re infra aliquid dicendum erit.

Explicationem quandam istius malicie in homine non renato, recitat Paulus Rom. i, inquiens, Repleti omni iniusticia, fornicatione, nequicia, auaricia, malitia, pleni inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Dei osores, contumeliosi, superbi, factabundi, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, non tenaces pectorum, sine affectione, sine fædere, sine misericordia. Hoc nimirum est præclarum illud Eulogium hominum non renatorum, quibus Paulus tamen aliquam legis, hoc est, secundæ tabulæ in rebus externis cognitionem attribuit. Verum tale iudicium non ferret de homine philosophus aliquis, Sed Spiritus sancti censura multò est profundior, certior, firmior, quam ut in dubium sit reuocanda.

Hinc nimirū sunt illi tituli seu potius stigmata & contumeliosa de homine in sacris literis, quæd

appellatur peccatum, ut psal. 51. Tibi tantum
sum peccatum, non tantum propter terminum,
hoc est, quod sit res rea. Sed etiam propter fun-
damentum, hoc est, quod sit massa peccato infecta
& perdita. Seruus autem mancipium peccati Rom.
6. Item uenundati sub peccatum, Rom. 7. Legi
membrorum captivatus Rom. 7. Hostis Dei Rom.
8. Spiritus sancti antagonista, Gala. 5. Res Dei
mendacij arguens. 1. Cor. 1. 2. Diaboli organon
& subditus, Ephes. 2. Arbor putris & pestifer a
Matth. 7. &c. Sed de ipsis appellationibus etiam
supradicta aliquid diximus.

Tanta præterea habens malicie profunditas &
atrocitas est in natura humana, ut nulla hominum
sapientia, nulla cultura, nulla arte, nulla po-
tentia extirpari radicus queat. Etsi enim phi-
losophi & honesti uiri, severitate disciplinae eam
maliciam frangere aut corrigere sunt conati, &
aliquid honestatis externe aliquibus instillarunt,
tamen in plurimis parum est effectum, & in om-
nibus non renatis uniuersaliter malicia natura-
lis ingens, & aeterna ira Dei ac morte digna per-
mansit. Etsi recte dictum:

Naturam expellas furea tamen usq; recurret.
De regeneratione uero diuina, & Spiritus san-
cti primitijs, postea dicendum erit. Porro expli-
cata paululum doctrina de hominis non renati
corpores

~~corpore, anima, eiusq; facultatibus et actionibus,~~
~~nunc etiam reliquias proprietates consideremus.~~

DE CONIVGIO ET PROPAGATIONE HOMINUM CORRUPTA.

Omnibus mortalibus in coniugio uersantibus,
 hæc sunt communia.

Primum, propagatio liberorum immundorum, qui natura sua, hoc est, ipsa sua substâcia imperfecta & inquinata, filij iræ Dei existunt, Ephes. 2.
 Psalmo 51. Rom. 5. Qualem enim naturam, hoc est, peccato sordidatam habent parentes, talentum (cum ex eadem massa deriuentur liberi) accipiunt & ipso fœtus, iuxta illud: genuit ad imaginem suam.

Secundò, in omnibus est concupiscentia illa brutalis, hoc est, multi uiciosus motus libidinis. Etiam si aliqui honestiores, illos impetus aliquo modo frangere conantur, tamen non inesse moderatio, ea renescetia, quæ inesse debebat.

Tertiò, difficultas summa in liberis teneris & imbecillis educandis, saepe etiâ degenerat adulti, ut dicitur, Herou filij noxæ, ac durant ista etiâ post regenerationem, ut dicemus suo loco.

Deinde uero etiam alia, non quidem semper & omnibus communia consideranda sunt, ut leuitas accipiendo & repudiando uxoribus, uage-

116 Forma hom. corrupti.

multarum gentium libidines, & quod quidam cultum Dei existimarent esse, certo tempore honestas matronas prostituere. Haec & similia ex depravata hominis natura, ueluti ex putrida arbore prouenient.

Item Abortus & monstrosi fætus.

DE DOMINIO CORRUPTO.

In hoc imperio hominū naturali, tria obiecta consideranda sunt, nempe homines, bestiae, terræ.

IMPERIVM IN HOMINES.

Primum, mulieres uiris propter peccatum, cum alioqui pares suuræ eis fuissent, subiectæ sunt. Genes. 3.

Deinde, libertas hominum in ceteris rebus mundanis æqua, in hac uita perijt.

Tertio, Imperia hominum non sunt paterna prorsus, sicuti absq; peccato fuissent (Si tamen aliquid fuisset, & nō potius libera quædam contsociatio, omnibus suum officium prudenter & liberer faciē ibus) Sed maxima ex parte heriliæ coacta, metu extorta. item homines non renatis nō referunt imperia ad uerum atq; à Deo ordinatum finem.

Quarto, ingens est inobedientia hominum, ut

Forma homi. corrupti. 117

ad honestatem & disciplinam, multa & labo-
riosa institutione, ac legibus agrè constringi, &
nix grauiissimis pénis coherceri queant, sicut re-
stè Xenophon queritur, Nullum esse animal,
cuius gubernatio sit difficilior, quam hominis.

Quintò, imperia subinde grauiissimis quaſſa-
tionibus, motibus, mutationibus sunt obnoxia,
sive intestinis, sive aliunde ingruentibus. Ac ho-
mines non renati, non contenti sua sorte, hanc
aliter de imperijs dimicant, atq; bestiæ immanes
de aliquo suo antro, ubi latitent, sicut id expe-
rientia omnium seculorum de migrationibus
gentium, & alijs cladibus testatur.

Sexiò, in societatibus ciuilibus, etiam medio
riter constitutis, quod proverbio dicitur, homo
nō raro est homini lupus, veluti Christus inquit,
charitas refriguit, plurimiq; Cainicos prorsus
gerunt animos.

REGIMEN ERGA BESTIAS.

Maxima ex parte imperium erga bestias,
quarum in uita humana usus esse potuisse, amisa-
sum est. Arte tamen & non sine magno labore
adhuc cicurantur equi, asini, oves, boues, sues,
capræ, canes, felis, ad obsequia hominum. Re-
liquæ bestie etiamsi capiuntur, tamen ad usum

118 Forma hom. corrupti.

hominiū necessariū adsuēſiſi usq; quaq; nequeunt. Vrſi, Lupi, Leones, & similia animalia, continent satis magnam feritatem, quacunq; tandem ratione mitiſtentur.

Pisces uero tantum retibus & tyrannide quadam ex aqua trahuntur & clauduntur piscinis, aut alijs angustis lacis, ubi ad uſum reſeruantur. Quidam etiam ut Draco marinus, cete, & alij grandiores pisces, homines perinde ut bestie sylvestres infestant, naues euertunt, præda lacerant aut uorant. Imperium itaq; quod in pisces futurum fuisset abſq; ipsorum eſtu, amissum est, imo nec exponi facile potest.

Præterea, plurimæ feræ reformidant homines uisos, fugitant, quædam etiam Dominos illos suos ita infestant, ut nacha oportunitate lanient ac deuorent.

De uolucribus, anates, Galline, anſeres, columbe aliquo modo in œconomia poſſunt cicuari, reliquæ ex clauſtris ſeu caueis ſuis emiſſe, ad feritatem ſuam reuertuntur.

DOMINIUM IN
terram,

Primum, rara loca habent ſolum fertile & adſationem idoneum.

Deinde, terra diſſicili labore ſubigitur, ut ſeamen ei mandari queat.

Tertio

Forma hom. corrup. 119

Tertiō, pseudonigellae, urticae, tribuli, & alia
zizania magna copia pullulant in agris consitis,
plurimumq; frumenti impediunt & opprimunt:

Quarto, varijs accidentibus segetes in agris
niciantur.

Quinto, toto se mundo ad ruinam inclinante,
terra subinde magis magisq; fit effeta, pigra, in-
ers. Eaq; omnia iuxta diuinum dictum, Tribulos
& spinas terra feret. Item, in sudore uultus tui
uesceris pane tuo.

DE EXILIO.

Homo in hac terra in perpetuo uiuit exilio.
Nam iram Dei, nisi per Christum fiat reconciliati-
o, perpetuo contra se habet, estq; extra para-
disum, vagatur in locis multipliciter incōmodis
& sic tandem perit, Genes. 3.

DE TYRANNIDE DIABOLI.

Omnes homines non renati, sunt in potestate
Diaboli propter peccatum, qua de causa & prim-
ceps atq; adeo Deus mundi à Christo & Aposto-
lis Diabolus uocatur, Ioan. 16. Item, regna mun-
di mea sunt inquit Satan, Matth. 4. Eurores igi-
tur illi immanes generis humani, de quibus histo-
rie profana & sacra testantur, sunt non tantum
ab hominibus, sed etiam ab isto crudeli Rectore
Diabolo, qui mancipijs suis ad libitum abutitur,
& homin sceleribus ac calamitatibus delectatur.

120 Forma hom. corrupti.

Is uero princeps omnes mortales, ad immo-
nissima quæq; sceleris impelleret, ne posset illa
disciplina obseruari, & miserrima confusio pas-
sim graffaretur, imò euerteret omnes Respub-
licas & regna, nisi Deus ei frena iniiceret. Om-
nes tamen nō renatos, suis quibusdam tetris fla-
gicijs confusurcat, si non libidinibus, cædibus, at
saltēm idolatria & blasphemij contra Deum.
Confusurcat eos etiam omnigenis sceleribus, si nō
foris opere ipso, at certe intus cordis uoto.

Tandem uero omnes nō renatos abripit se-
cum in æternam damnationem quantacunq; ex-
terna sapientia, aut uirtute excelluerint, sicut
testatur Christus ioan. 3 Qui non credunt, non
habent uitam æternam, Sed ira Dei manet super
eos. Ita nimurum homo est maledictio & abomi-
natione coram Deo propter peccatum, est haeres
inferni, æternæ abiectiōis, perpetuarum pœ-
narum, quas nullus hominū satis cogitare, eloqui
aut exaggerare potest.

DE MORTE.

Atra mors ius suum & imperium in homi-
nem, qui iam ex corruptis parētibus naturaliter
nascitur, acquirit euestigio, quando massam
suam, ex qua formatur, in utero matris accipit,
Causa est, quia peccato est infecta, ideo etiā mors
ei est

est admixta. Itaq; per totam hominis uitam
mors est eius carnifex & homicida.

Primum enim imbecillitas substantiae & uirium
hominis, est mortis morsus.

Deinde, non est longa uitæ humanæ duratio,
præsertim post diluvium, & omnium maximè
nunc in hac mundi senecta.

Tertio, cruciatus, mœrores, casus impinati
& tragici, hominem crucifigunt & paulatim
occidunt.

Quartò, morbis uarijs ac saeuis homines sunt
per omnem uitam obnoxij.

Quinto, immaniter saeuit mors in infantes &
omnium etatum homines, omnesq; maximis da-
toribus necat,

Sexto, multi ab hominibus iniuste trucidan-
tur, multi bellis cadunt.

Septimo, multi iudicio Dei propter tetra fa-
minora, à Magistratu politico capitali afficiun-
tur suppicio, ut alij in officio contineantur, &
Pax publica seruetur. Quam uero miserabilis
spectus est, quod homo hominē occidit, truncat
capite, suspendit de patibulo, rota conterit, igni
cremat, aqua suffocat, etiamsi id iusto Dei fiat
iudicio, si legitimè à Magistratu fiat.

Octauo, cadaver hominis sepulti, in cinerem
redigitur.

Hæc cōmemoro, ut hominis naturalis forma aliquanto attentius consideretur. Non enim tantum homo bulla est, exiguo tempore durans, & postea subito evanescens, sed longè miseriū quidam est. Tanta insuper est uis peccati, ut etiam renatis mors adhuc imperet, eosq; morbis, & tandem animæ ac corporis diuulstione conterat.

Ista igitur omnia, natuam hominis non reūnati formam exprimunt, quæ quidem non ex caliginosa hominis mente, Sed ex uerbo Dei, quod mentiri & fallere nescit, ponderari conuenit.

Hinc cognoscitur, hominem non amplius existere Dei illam præclaram imaginem, Sed Diabolii potius tetram imaginem præse ferre. Quid uero potest dici grauius aut horrendius?

SIGNA REATVS HOMINIS INTR A ET EXTRA IPSVM.

Ut peccati magnitudo, & ira Dei erga homines, undequaq; in conspectu uersarentur, ac de penitentia commonefacerent, Signa quædā reatus hominibus uoluit proponere Deus, quæ quidem in causa formalī hactenus recitata sunt, sed tamen repeti opera precium est, ut sunt.

- I. Propagatio hominis cū massa impura & rea.
- II. Amissio præstantissimaruū quarundam uiriuū ex homine & acquistio contrariarū pessimaruū.

III.

III. Imbecillitas, confusio & dispidium reliquarum virium hominis inter se.

IV. Difficultas pariendi, Abortus, partus monstrosi, difficultas educandi liberos, malicia & degeneratio eorum.

V. Inequalitas mulieris ad virum, quo ad dignitatem Genes. 3. imbecillitas earum, quo ad intellectum & res agendas.

VI. Stupor in artibus inueniendis, discendis & cretinendis, rara ingeniorum excellentia. Sicut enim terra saxis & lapillis passim est oppleta, gemme uero rarae sunt inuentu, Ita indoctis & hebetibus hominibus orbis terrarum refertus est, doctrina uero & sapientia prestantes habet paucissimos.

VII. Vestitus, quo teguntur membra, tanquam deformia & rea, eamq; ob causam minus illis tegumentis luxuriare & superbire debebamus.

VIII. Labor manuum difficilis & durus Genes. 3. inopia, famæ.

IX. Terra sterilitas & languor, quin & spina seu uaria laedetia nos ac nostros labores, Segetes & ipsa nostra pecora, aer impurior, dies caliginosior, & gemitus universæ creaturæ, ut Paulus vocat Rom. 8.

X. Odium & feritas bestiarū erga homines,
quibus alioqui seruire debebant promptissime
uoluntate.

XI. Bella, depopulationes, & uastationes
gentium pulcherrimorum regnorum.

XII. Prodigia in cælo, elementis, & omnibus
creaturis, qualia omnibus æstatibus plurima sunt
hominibus obiecta, ut essent irati Dei & pæna=rum indicia.

XIII. Tyrannis Diaboli in homines, ut quod
interdum aliquos obfident totos, ac per eorum
linguas blasphemat Deum, uel impellit eos ad te=tra scelera in perniciem plurimorum, Interdum
etiam uiuos abripit & dicit quo uult, mirabili
Dei permissione, interdum spectra quædam con=spicienda præbet, quibus homines terret, aut
mala comminatur &c.

XIV. Exiliū in hoc mundo extra Paradisum,
& quod subinde sedes hominum mutantur.

XV. Morbi, casus uarij, mors æquo pede pau=perum & diuitum tabernas pulans, & cada=uerum humanorum deformitas, item quod inde
serpentes enascuntur, item redactio corporis in
puluerem &c.

Quoquo igitur mentem oculosq; nos miseri
homines referimus, siue in nos, siue in terram,
siue in aerem aut cælum, signa nostri reatus pec=

culi ac

eat ac ire Dñi plurima ob oculos uersantur, & dolendum est, tantam esse hominum cæcitatēs & amentiam, ut hæc ipsa signa reatus partim nō agnoscant ex sua ipsius carnaliq; apientia, partim uero leuiter current & contemnant. Sed nos in Ecclesia Dei degentes, in timore Domini ea rectè agnoscamus, & nequaquam parui faciamus, & beneficium Christi amplectamur & celebremus.

CONTRARIA.

Ethnicismus & Epicureismus, hoc est abscon-
dere, nihil esse uel amissum ex homine, uel cor-
ruptum in homine, post primam conditionem.
Idem uero Manichæi furenter asserunt. Nascitur
autem hoc delirium ex ignorantia creationis ho-
minis, & eius lapsus.

Pelagianismus & scholasticorum nonnullorum sententiæ, cum ethnicismo cōgruentes, Na-
turalia hominis post lapsum manisse integra.
Sed refutantur Gen. 3. ubi nuditas, mors, &
reliqua testatur, naturam hominis amisisse suam
pristinam dignitatem & insegritatem.

Ex hoc autem fonte tres corruptiæ hoc tem-
pore scaturiunt, quibus ueritati ex uerbo Dei
monstratæ, nebulae pestiferæ asperguntur, qua-
rum consideratio utilis est. Primum enim affue-
tant quidam tanum corruptum cōscie hominem,

126 Corrup. nihil amissum.

non autem amisisse quasdam ex summis suis & propriissimis proprietatibus.

Demde, tantum accidentia in homine corrupta esse, non substantiam.

Tertio, corruptionem originalem tantum esse vulnerationem quandam & obfuscationem virium, non autem horribilem deletionem quarundam virium, & labefactionem ac peruersificationem residuarum tanta, ut nulla comparatione satis effterri queat. Ordine autem de hisce contrarijs dicendum est, ne patiamur nobis fuso aliquo hominis destructionem & maliciam, conruebum Dei extenuari.

DE PRIMA COR-
R U P T E L A.

Adam in peccatum & triste exitium suum lapsus, tanta subito cecitate & peruersitate percutiebatur, ut magnitudinem peccati & damni non expenderet, Sed tantum in externa membra, quae deformia uidebantur, animū ocularūq; defigeret, cui tamen deformati, latebris & solijs arborum censebat succurri posse, ac deinde non ueretur cum Deo de peccato contendere, suæ uero deformati, quasi rei non ualde magnæ aut dolendæ, ne uerbulo quidem uno apud Deum mentionem facit, neq; expedit ab eo pristinam

pristinam sibi pulchritudinem ex misericordia restitui.

Iste tenebræ & persuasiones falsæ de rebus quas non habemus, in omnibus hominibus adhuc herent. In primis uero philosophica sapientia imbuti, cum Deo acriter dimicant, non esse amissas hominis præcipuas & præstantissimas proprietates, per peccatum, quod uocatur originis, quia homo quo ad corpus & animam formam suam retineat.

Sed audiamus uocem Dei, qui in monumentis propheticis & Apostolicis afferit, multa ex homine penitus amissa & deperdita esse. Nam Paulus inquit, Animalis homo non capit, item non nō uit ea, quæ Dei sunt 1. Cor. 2. Quo igitur peruenit ea pulcherrima sapientia, quæ in mente hominis fulsit de uera & solida Dei essentia & uoluntate? cum enim hominem ad imaginem suam fabricarit Deus, dubium nullum est, quin eam sapientiæ ei communicarit, quæ in Decalogi norma tradita est. Quo igitur inquam peruenit Amissa est, perdita est, exhalauit, evanuit, periit ex homine. Inde psalmus 14 inquit. Non est quæ intelligat usq; ad unum. Spontaneæ uoluntatis, ad res diuinas omnes promptitudo, & sufficien̄tes in ea ad expediendū uires, quo peruerterūt & absunt penitus. Dilæctio Dei ex toto corde iumentis

128 Corrupt. nihil amissum.

legis sententiam, quæ potuissest ab integro hæ
mine præstari, ubi est? Euolauit, nusquam repe
ritur in ullis cordibus humanis, imo eremite 17
dicitur, Cor hominis prauum esse, ubi igitur re
stitudo est? Ablata est.

Integritas etiam corporis totius, hoc est, puz
ritas, iusticia, uis ac potestas ad facienda impe
rata, uiuacitas validissima, ubi est? Nusquam in
hominibus nō rena:is est. Etsi enim membra ad
huc restant, tamen nihil est puri, & uita in eis
quoq; est impura, & mulier gradibus inferior
& deterior illa, quæ inesse iuxta Dei creatio
nem debeat.

Tantum uero historiam primorum parentum
aliquanto preßius acq; attenius ex Genes. 3 con
templare, An non amiserunt suam uenustatem
in corpore & anima, cum se recipiunt ad fru
ticeta & ficalneis folijs contegunt? An non ami
serunt amorem Dei, quem fugiant? An non a
miserunt facultatem, pueros & iustos liberos
procreandi, cum audiunt: in dolore paries? An
non amiserunt ex corpore suo uitam æternam,
dum audiunt, in puluerem reuertaris? An non
amiserunt libertatē seu immunitatem à peccato,
ira Dei, à Diabolo, quando audiunt: in micitiis
ponam, quando extruduntur ex paradiſo? Sed
non

nōn hic dicemus de ijs, quae extra hominis substantiam amissa sunt.

Item, Deus creat cor nouum, Ezechiel. 36. Deus dat parvulis sapientiam, Psal. 19. Christus reuelat nobis sapientiam diuinam, Ioan. 1. Spiritus sanctus accedit noticiam rerum diuinarum, ac nouitatem in hominibus inchoat, 1. Cor. 12. Manifestissimum igitur, & prorsus irrefragabile est, illa omnia fuisse penitus in homine extincta & amissa, & de novo rursus ex immensa Dei misericordia hominibus restitui oportere. Nam sine hoc largiore, omnes mortales isti dominis in perpetuum carent.

Recte citatur descriptio peccati originalis, quod sit carentia iusticie originalis. Quid uero hoc aliud est, quam iusticiam inditam homini in prima conditione, esse amissam. Alias enim carcere ea non possemus.

Præterea saniores scholastici docuerunt, hominem spoliatum esse, licet de gratuitis tantum intellecterint, quāuis si recte cōsiderent omnia, nihil non boni, quod à Deo accepit homo, gratitum erat. Recte etiam dicitur, peccatum originis esse cæcitatem in mente, peruersiōnem uoluntatis, & cordis immundiciem seu cōtumaciā. Vbi igitur sunt lux mentis in rebus spiritualibus, promptitudo ac uis uoluntatis in eis, & cordis

130 Corrup. nihil amissum.

puritas, & affectus flagrantes erga Deū Nauem
conscenderunt, ut inquit ille, fregerūt, pericerūt.

Quapropter furor est, negare plurimas in
homine proprietates easq; præstaniissimas, non
esse penitus amissas. Argumenta autem quæ con-
tra afferuntur, nihil habent ponderis, ut,

Quicunq; retinet corpus suum & animam,
nihil ex substantia amisi.

Homo retinet post lapsum etiā corpus et animam.
Ergo nihil ex sua substantia amisi.

R. Nego Maiorem, quia proprietates quædam
substantiales amitti possunt, subiecto adhuc reli-
quo, ueruntamen violato & non ita integro si-
cuti fuerat initio. Sicut magnes penitus amissa
proprietate attrahendi ferrū, manet tamē lapis,
uerum non talis, qualis antea saluis suis uiribus
extiterat. Vinum mutatum in uappam manet, &
tamen optima pars aut essentia expirauit.

Deinde ad Minorem. Retinet subiectū, quod
ad crassiores & quasi externam speciem, sed
destitutum plurimis proprietatibus, primitus
ipso inditis à Deo, ad necessarias & quidem om-
nium summas actiones.

Aliud.

Id quod retinet formam suam in agendo, non
amisit præcipuas suas proprietates.

Homo retinuit formam suam in agendo,

Ergo.

Ergo non amisit præcipuas suas proprietates.

R. Minor est falsissima, omnes enim sicut oves aberrauerunt, inquit Esaias. 53. Item, cogitatio cordis mala est omni tempore, &c. Et si enim aliquantulum in rebus externis mens cogitat, uoluntas expetit, cor affectus suppeditat, tamen in rebus diuinis, non modo nihil boni agunt istæ uires in homine, sed contrariū polius & ad ignorātiām Dei suamq; perniciem operantur. Imo in rebus externis quoq; ut supra demonstratum est, non retinet homo idem robur eundemq; agendi modum, quem ante lapsum habuit Adam.

DE SECUNDA COR- RUPTELA.

Nimium sibi philosophia aut philosophothēologia arrogat, que contendit, tantum in homine accidentia quædam uitiata esse, non autem substantiam esse corruptam, quia non sit in nihilum negatiuè, ut in scholis dici solet, redacta. Sed uerbum Dei, pertinens usq; ad divisiones spiritus & animæ, compagnum ac medullarum, ut Paulus Hebreæ. 4. loquitur, disertè pronunciat, etiam ipsam substantiam, in qua hærent accidentia, & ex qua actiones proueniunt, horribiliter esse infectam, corruptam, adulteratam, peruersam, Testimonia sunt.

1. Exemplum primorum parentum, in quibus nuditas & fuga Dei, aliaq; multa non obscura præbent argumenta substantiam ipsorum fuisse peccato uitiatam.

2. Psal. 51. Ecce in iniquitatibus cōceptus sum, Loquitur autem Propheta de massa, ex qua ipse formatus est, quod ea fuerit non tantum res rea, id est dānata à Deo, sed suā naturā etiā impura, immunda, ueneno peccati tincta, Rom. 7. Scio, quod non habitet in me, hoc est, in carne mea bonum. Carnem uero Paulus totam suam substantiā appellat, & dicit non modo in accidentibus carnis, sed in uniuersa quoq; substantia carnis nihil esse boni, hoc est, mundi et iusti, iudicio nimirum Dei, iuxta primā hominis formationē respondentis. Et Psal. 38. inquit David: Non est sanitas in carne mea, à facie irae tuae. Queritur autem de immundicie carnis sue perinde ut Paulus, cum quidem uterq; iam renatus esset.

3. Causa & effectus, fons & riūulus sine dubio quandam inter se proportionem ac rationem habent, ita ut ex puro & uberrimo fonte, limpidis & magnis riūulus promanet, & econtra ex turbulentō fonte ac paupere uena, aqua turbulenta ac tenuis, quam aestus solis facile absorbet, profluat. Sic Christus inquit, ex corde exēunt cogitationes male, homicidia, adulteria, furtū.

¶c. Sicut enim cogitationes cordis sunt immunda, ita etiam scaturigo earum, hoc est, cor ipsum est immundum, Nam ex effectibus de ipsa causa iudicium fieri solet.

Si substantia non esset corrupta, tum etiam actiones præstantiores fuerent ab hominibus. Sed non est qui faciat bonum, ne unius quidē, Psal. 14. Nam etiam disciplina gentium honestissimarum, est imperfecta, & iuxta illud dictum estimanda est. Quicquid non est ex fide peccatum est. Ergo substantia ipsa quoq; est corrupta, sicut docet Christus, Matth. 7. Non potest arbor mala bonos fructus facere. Item: quomodo potestis bonū loqui, cum sitis mali? Tit. 1. Infidelibus nihil est mundum, sed iniquitatem sunt eorum mens & cōscientia. Complectitur autem sine dubio Apo stolus, substantiam & actiones. ita etiam, 2. Ti moth. 3. inquit, Resistunt ueritati, homines corrupti mente. Item Roma. 8. Sensus carnis mors est, causam & effectus hic quoq; complectitur Paulus.

4. Oportet homines renasci Ioan. 3. Veterem hominem exui, cor nouum nobis dari Ezech. 36. Sed regeneratio ista spiritualis, non tantum est accidentium, uerum etiam substantiae hominis, Erga substantia hominis corrupta est una cum suis accidentibus.

3. Hæc corruptela, quod tantum accidentia
sunt corrupta non substantia, extenuat peccatum
originis, meritum Christi, & opus diuinum in
hominis regeneratione, & tandem etiā in inte-
gra restoratione.

DE TERTIA CORRUPTELA.

Iste tandem scopus illis propositus est, qui
anxiè uerentur, ne homini post lapsum nimium
uideantur adimere, ut concludant, hominem
tantum esse vulneratum in natura sua, & bondas
cius uires esse solummodo obnubilatas seu ob-
fuscatae, aut impeditas non sublatas, perinde ut
magnes allio tinctus ferrum non trahat, sed ab-
stergo allio, rursus uires suas exerceat. Fons autem
huius sententiae patet, nempe philosophia,
& prava applicatio comparationum, hoc est,
nimia peccati originalis & hominis non renati
extenuatio. Sed facilis & perspicua est refutatio
ex fundamentis, quibus præcedentes duæ cor-
ruptelæ destructæ sunt.

Primum enim, non tantum uulnus quoddam
natura hominis accepit ex peccato originis, sed
anissimunt plurima bona ex natura hominis pe-
nitus, nempe originalis integritas, iusticia, & ad-
res diuinæ omnes absolutissima idoneitas, ut sum-
pra est probatum ex uerbo Dei.

Deinde succedit uicissim in naturam hominis,
posita

positiva quedam alteratio, qua tota sciatet et exuberat malitia et furore contra Deum, sicut Paulus dicit, nos esse inimicos Dei, Rom. 5.8. Nos habere intra nos legem pugnantem cum Deo, Rom. 7.

Tertio sacræ liturgie de hominibus non renatis ita loquitur, quod si sint mortui peccatis. Etiā autem animalis vita exiguo tempore in nobis adest, tamen spiritualiter reuera mortui uiuaque cadaueras sumus, hoc est quod ad res spirituales et uitam æternam. Item: Venundati sub peccatis. Filii seu mancipia Diaboli, hoc est, quos Diabolus à Deo ausus est penitus atque in suā potestate rededit, etc.

Comparatio igitur de vulnerato via ore, hanc controvèrsiam non explicat, quia manifestum est, scopum eius præcipuum esse, declarare quis sit proximus. Phariseū enim propria iusticia tumenter uult pudefacere Christus. Deinde si maximè referatur ad naturam hominis corruptam, tamen magis perspicua doctrina de hominis depravatione, ex alijs manifestis testimonijis scripturæ sanctæ petenda est. Nam eiusmodi comparationes habent suas quedam metas ac rationes, ultra quas extendendæ non sunt. Neque est difficile animaduertere dissimilitudines. Sauciatus ille non amisit penitus suam uitam. At nos peccato originis penitus amissimus spiritualem uitam, immo etiam æternam, ita ut uiuentes

136 Corrupt. uires tantum obscur-
simus mortui. Sauciatus ille tantum in corpore
uulnerahabet. At nos in ip'sam animam uulnera
omnium maxima accepimus. Sauciatus amisit tan-
tum aliquid sanguinis, & roboris in corpore. At
nos ex corpore & anima totam illam iusticiam
Originis, & uires omniū præstantissimas in pri-
ma Decalogi tabula, perdidimus prorsus. Sau-
ciatus retinuit in sua natura aliquam uim, que
cooperari medicinæ adhibitæ potuit. At nos pec-
cato Originis ita sumus destructi, ut ne micam
quidem unam in corpore uel anima habeamus,
qua possimus cooperari Deo, nos per uerbum &
quam regeneranti. Ioan. 1. Qui non ex uolunta-
te uiri, sed ex Deo nati sunt. Videndum igitur
est, ut hæc locutio, nempè nostram naturā esse
uulneratam, dexterè intelligamus, ne philosophia
hifce uerbis damnum peccati originis extenuet,
contra declarationem manifestam aliorum testi-
moniorum uerbi diuini.

Quarto, uulneratorū curatio non est regene-
ratio. Sed oportet nos regenerari Ioan. 3. Ergo
non tantū sauciata est nostra natura, uerum etiā
tam horribiliter perdita & destruta, ut noua
regeneratione spirituali indigemus.

Quinto pugnat hæc corruptela cum uera &
perspicua doctrina de effectibus & dannis pec-
cati originalis, & de hominis non renati pro-
pria

Cont. formæ hominum corrupti. 137

pria forma, deniq; etiam cum beneficio Christi et regeneratione, ideo iure explodenda est.

Idem uero iudicium est de obfuscatione virium in homine.

Nam primum, plurimæ sunt amissæ, id quod pluribus hactenus à nobis tractatum est, neq; ea poterunt ulla sophistica euerti.

Secundò clarè scriptum est, Spiritum sanctum dare renatis noua dona, Deum dare cor nostrum &c.

Tertio, Residuae uires in hominibus, non sunt tantum obfuscatae, sed etiam peruersæ & perdite, malicia quadam erga Deum detestanda. Sicut Roma dicitur, φρόνημα τὸν στορκὸς est inimicitia aduersus Deum. Sed ista aliquanto fusijs supra explicauimus.

Non ergo conueniunt istæ philosophicæ comparationes de magnete tincto allio, & optimo speculo cæno commaculato. Nam ibi tantum medium quoddam, substantia & viribus illæsis, interponitur, ne possit Magnes ferrum rapere, uel speculum formas rerum repræsentare. A blato enim hoc medio seu impedimento, rursum Magnes & Speculum exercent sua officia. At hominis imago in rebus diuinis, fracta & ablata est. Item natura humana tota est lepra originali infecta & perdita, Itaq; comparationes illæ, ma-

gnitudinem huius controversiae non aſsequuntur
nec exprimunt.

CONTRARIA
PLVRA.

Tribuere homini animali aliquam præparationem ad gratiam, cum Psalmus disertè pronunciet, omnes homines esse inutiles, item Paulus dicit, optimas hominis uires esse hostes Dei.

Aſſeuſare, liberos, ex renatis parentibus genitos, sanctiores esse quo ad naturam suam attinget, ceteris ex nō renatis procreatibus, cū qui dem ad omnes mortales generaliter pertineant hæ uoces, In peccatis conceptus sum. Item sumus natura filij iræ. Insuper quamuis renati habent primitias spiritus sancti, & inchoatam obedientiam, tamen manet in ipsis morbus peccati, qui facit, ut omnes posteri in peccatis concipientur & nascantur.

Aſſeuſare, rationē ſemper optima dictere. Quod primum non eſt uerum in rebus ſpirituibus. Deinde etſi iuxta diſcriben honeſtorum & turpium, in rebus externis aliqua bona diſtat ratio humana ſeu animalis, tamen & non ſemper uidet optima, & non raro pefſima iubet.

VII.

DE

DE FRVCTIBVS ET FINE
hominis non renati.

I. Ex principijs certis & uiratio[n]iandi artes
inuenire, extruere, ornare, quarum magnus est
usus in hac mortali uita.

II. Ex lege naturali quantulacunq[ue] illa qui
dem adhuc reliqua est, & ex ratiocinatione,
item exemplorum obseruatione leges disciplinae
id est operum exterioru[m] secundæ tabulae figere,
& exercere morum honestatem, licet ea disciplina
difficilis sit, & rara & imperfecta, etiam
in optimis, taceo reliqua accidentia mala.

III. Politias & economias uicinique administrare
in externis rebus.

III. Peccata tamen contra primam & secundam
decalogi tabulam maxima committere. Sicut
Paulus docet Gala.5. Manifesta sunt opera car-
nis, adulterii, fornicatio, immundicia, lasciuia,
idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, conten-
tio, emulationes, ira, rixa, dissensiones, sectæ,
inuidie, homicidia, ebrietates, comedationes &
huius similia. Similem catalogum texit Roma.1, &
Christus Matth.15. Iam conser p[re]staniissimos
homines inter omnes ethnicos siue non renatos
omnibus saeculis, nullum prorsus reperies post
lapsum, qui ab ipsis peccatis fuerit omnino inex-
 munis.

Ea uero omnia Paulus uocat fructificationem
mortis Roma.7. & secundum carnem uiuere,
Roma.8. Nam etiam disciplina non renatorum,
reliquaq; omnia, non pariunt uitam aeternam,
& tandem cum hac uita mortali intereunt,

Fines uero hominis non
renati sunt.

I. Ut aliqua disciplina in societate hominum
conseruetur, & cultura artium huius uite prospicit.

II. Ut gerat signa reatus in se, aliaq; extra se
etiam contempletur, ut atrocitas peccatorum,
magnitudo irae Dei, deniq; immanitas & poten-
tia Diaboli aduersus genus humanum confide-
rentur.

III. Ut erudiatur homo non renatus ex uerbo
Dei, de beneficio Christi omnium amplissimo, qui
nos dilexit & redemit, cum adhuc inimici eius
essent Roma.5. Vocetur ad gratiam, regene-
retur & saluetur. Vult enim Deus ex hac misera-
turba hominum, sibi colligere & sanctificare Ec-
clesiam, perpetuo se celebrantem. Et haec potis-
sima causa est, cur Deus patiatur naturam ho-
minis corruptam, per parentes in mundo pro-
pagari.

IV. Ut damnentur omnes, qui non fuerint
baptisati, & non crediderint in Christum Mar.
16. Ioann.3.

CON^a

De noticijs naturalibus. 141
CONTRARIA.

Tribuere homini non renato iusticiam universalem, Item afferere non renatos sola observatione legis naturae posse saluari, Biliccius, Sacramentarij, &c.

VIII.

DE COMPOSITIS QVIBVS DAM
AN SINT IN HOMINE NON
renato aliquæ de Deo noticiæ,
et quales.

Vetus etiam inter philosophos disceptatio est, an noticie, præsertim uero de Deo, nobiscum ex parentibus nascantur, an uero postea, siue institutione, siue ratiocinatione addiscantur? In Theologia autem, ubi de uera & solida Dei noticia differitur, difficilior quæstio est.

Qui aliquam obscuram noticiam, uel somnitum potius de Deo naturaliter cum hominibus nasci existimant, rationes istas considerant.

I. Roma. 2 scriptum est, opus legis in cordibus hominum scriptum est. Etsi autem præcipue id de secunda tabula Decalogi intelligi conuenit, tamen obscuram aliquam umbram primæ non excludere uidetur, licet eam non possit natura humana perfecta reddere, imò aberret in cognitionibus suis propter caliginē naturalē Rom. 1.

142 De noticijs naturali.

II. Omnes gentes, quantumuis fore & barba
ræ, senserint aliquid esse numen superius crea-
turis, quod sit ab homine colendum, etiam si de-
nra eius substantia & voluntate nihil recte sci-
uerunt, & idolomanis uerum Deum horribili-
ter blasphemarunt.

III. In omnibus etiam non institutis de uero
Deo, naturaliter in tetricis facinoribus, est stimu-
lus conscientia, testificans esse Deum quendam,
uindicem scelerum, etiam si rabies humana in-
terdum hoc testimonium excutere conatur.

Qui uero non existimant, ullam opinionem,
quantumuis incertam de Deo in mente hominis
naturaliter reliqua esse, istas rationes sequuntur.

I. Quod Paulus Roma 1. afferit, ex ratiocina-
tione tantum, hoc est, ex operibus huius mundi,
& non ex naturalibus noticijs homines statuere
esse Deum quendam, & esse omnipotentem.

II. Quod nullus hominum eam noticiam sua
industria aut sapientia excolare potuerit, ita ut
ad ueram Dei noticiam peruenisset. Omnes po-
tius idola coluisse, & Deum cõtumelia affectisse.

III. Quod principia prima sicut & omnia se-
mina magnam copiam & potentiam continent.

IV. Quod omnes ruunt præcipites in con-
temptum Dei etiam cum ratiocinando tum legi-
bus, tum experientia mirabilium prodigiorum

¶ pœnarū, & deniq; uera doctrina de uno Deo
sunt informati.

V. Quod Paulus Acto. 14. & 17 uel maxime
hoc argumento à primis principijs uti debuisset,
Sed utitur tantum sumpto ab effectibus aut ex-
perientia. Sic & paſsim scriptura ab effectibus:
Qui oculum fecit, ille non uideret? Et ab expe-
rientia, unam partem trunci exuſisti, ex reli-
qua Deum fecisti. Ego tibi do oleum & frumen-
tum. Ego prædico futura, facio pluere in uno
loco, in alio non.

VI. Quod uerendum sit, ne nimium uiribus
hominis non renati attribuatur.

Sed non est hereticus existimandus, utram
quis sententiam sequatur, modò id faciat mo-
destè & sine fraude, Nam & Lutherus in suis
scriptis liberè in hac parte agit, neq; est utrilibet
sententiae obſtrictus. Pleriq; autem in priorem
sententiam inclinant, quia illud carnale differa-
men honestorum & turpium, obſcuram aliquam
de aliquo Numinе opinionem, ut à quo sit illa
carnalis lux, & qui in ea sit respiciendus, simul
complectitur.

Mete uero isti u noticie naturalis sive ex in-
natis principijs extrectae, sive tantum ab extra
ſuceptae, sunt, esse aliquoā numen superius crea-

turis, et gubernare creaturas, vindicare sceleras, quae tamē ipsa noticia nulde languida ac fluctuās est. Sed quod unicus sit ille Deus essentia, quodque tres existant personæ in illa unitate essentia, et quomodo uelit coluerit Deus, mens humana neq; per se, neq; ex ulla carnali ratiocinatione operū ullorum Dei in mundo, absq; uerbo Dei et luce diuina, indagare aut asequi potest. Tantum uero uel ex noticijs naturalibus uel ex creaturis Dei rationi humanæ subiectis, et mirabiliter cum prima causa colligatis, eamue referrantibus aut testificantibus colligit, reuera esse mentem, rerum conseruatrixem et gubernatricem, esse bonam, esse vindicem flagiorum, sicut Roma. i. Paulus affirmat, uirtutem et diuitatem, hoc est, quod sit Deus, et quod sit potens, ex opificio mundi colligi posse. Utterius progreedi non potest. Imo uero sua malicia haec principia deformarunt homines conflictis plurimis Dijs, item falsis ac blasphemis cultibus contra uerum Deum, ut ex hoc facto sapientissimum in hoc mundo hominum appareat, de uera Dei essentia et uoluntate, nihil certi ab ipsis potuisse statui, et ex obscuro somnio de Deo, horrendas idolomanias esse natas.

Argumentum.

Est aliqua Dei noticia in non renatis natura liter,

liter, Ergo homo naturaliter uerum Deum, uti
est, cognoscere, & sese ei accommodare potest.

Respondeo. Neganda est consequentia. Nam
noticia est obscura, & malicia mentis est supra
omnem modum tētra. Ideo Paulus inquit, gentes
omnes euauisse in cogitationibus suis, & factas
esse idololatras. Sobrietateq; & modeste de hac
naturali Dei noticia sentiendū & loquendū est,
ne plus iusto ei ascribamus. Manet autem fixum
& ratum, noticiam de unitate essentiæ, & tri-
nitate personarum, tantum ex uerbo Dei peten-
dam esse.

VTRVM EODEM MODO SE HA-
beat natuitas liberorum ex renatis,
id est Christianis, uel non ren-
atis, id est gentilibus & im-
pijs parentibus.

Certum est, iusticiam renatorum & creden-
tium in Christum, esse imputationem impletionis
legis per Christum, nostra uice prestitæ, quam
fide appræhendimus, Rom. 4. Discernenda igit-
tur est nouitas in natura iustificatorum in hac
uita, quæ est fructus imputatiæ illius iusticie.
Nouitas etiam hæc per Spiritum Sanctum in no-
bis tantum in hac uita inchoatur, non absolu-
tur, cui quidem rei uita æterna est destinata.

Ex hisce mediocriter ad questionem responderi poterit.

Cum restauratio nostræ naturæ, dum hac au-
ra fruimur, tantum incipiatur, non perficiatur,
radicitus extirpato & deleto peccato ex tota
nostra substâlia, non possumus scire, neq; necesse
est scrutari, quatenus uel de animæ uel de cor-
poris sordibus, quas habent de peccato originis,
decedat aut emendetur. ideo retinenda est sen-
tentia in sacris literis expreßè tradita, quod om-
nes homines pariter, quotquot ex coniugio pro-
pagamur, simus lube originis plusquam ullus ho-
minum perspicere aut explicare norit, corrupti,
perditi, & destinati æternæ damnationi, nisi
fiat regeneratio & remissio peccatorum per
beneficium Christi. Hanc sententiam confirmat
Dauid, Psal. 51. Ecce in iniquitatibus conceptus
sum, & in peccatis concepit me mater mea. Erat
autem Dauid ex renatis & sanctis parentibus
prognatus. Item Paulus, Ephes. 2. Eramus natura
filij iræ. Loquitur autem de omnibus hominibus
sine discrimine. Huc pertinet etiam vox Christi.
Nisi quis renatus. Item: baptisate omnes gentes.
Nihil itaq; differunt hac quidem in parte liberi
Christianorum & gentilium, utriq; lepram pec-
cati originalis in se habent, utriq; lauacro ren-
generationis indigent. Hec prouunt nobis, ad
magnis

magnitudinem peccati originalis considerandam,
 & ne existimemus aliquam spiritualis iusticie
 partem, in ipsa natura hominum iam post lapsum
 propagari.

DE REGENERATIONE hominis ueteris

Ex quanta dignitate homo sit electus, & in
 quantum pelagus & abyssum malorum sit im-
 mersus, qua potuimus breuitate & perspicuitate
 auxiliante Deo proposuimus, nunc uero immen-
 sa Dei misericordia, bonitas, potentia in regen-
 eratione hominis ueteris, uicissim consideranda
 & discenda est. Nam post lapsum hominis nihil
 maius, nihil augustius, nihil salutarius a Deo est
 gestum, quam quod filius Dei factus homo, pre-
 cioso suo sanguine nos a peccatis abluit, a Satana
 redemit ac liberavit, & fontem regenerationis
 nostrae baptismum aperuit a quoque instituit, cuiusque
 ministros per totum terrarum orbem ablegauit,
 & adhuc in mundo ista ingentia bona benignè
 dispensat & communicat. Pro hoc amplissimo be-
 neficio flexis genibus perpetuo gratiarum actio-
 nem ardentem erga Deum sonare debebamus,
 eumque precari, ut & posteris nostris & cunctis
 mortalibus in omnibus mundi partibus habitanta-
 bus, id beneficij clementer exhibeat.

Etsi autem hoc opus Dei, ut alia quidem omnia rationi humanae ridiculum penè videatur, ac profane gentes existiment, esse commentum quoddam fanaticorum hominum, tamen nos ex uerbo Dei ueracis & omnipotentis, hoc salutare opus Dei in nobis estimemus, magnificiamus ac rectè usurpemus.

Fluit autem haec doctrina ex locis de pænitentia, de iustificatione, de baptismo. Nam regeneratio coniungit ista omnia.

Sequemur autem usitatas metas, ut omnia sint planiora, & facilior postea sit tractatio hominis renati, qui nimirum ex lauacro regenerationis nascitur.

SERIES PARTIVM.

1. *An sit aliqua hominis regeneratione.*
2. *De uocabulis.*
3. *Quid sit.*
4. *Quattuplex.*
5. *Vnde sit.*
6. *Per quæ media fiat.*
7. *Quomodo fiat regeneratione.*
8. *Qui effectus & quæ bona sunt regenerationis.*
9. *De compositis quibundam.*

I. AN

I.

AN SIT ALIQUA
regeneratio.

Quòd sit aliqua regeneratio ueteris hominis in mundo, diuinitus sancta & tradita, primum testatur concio Christi luculenta, Ioan. 3. Amen amen inquit dico tibi, nisi quis natus fuerit de-nuo, non potest uidere regnum Dei. Est autem assueratio grauis praefixa, et necessitas atq; utilitas simul monstrata, nempe quòd prior siue car-nalis natiuitas, sit coram Deo rea ac damnata, nec habeat locum in uita aeterna. Regeneratio autem adferat salutem & bona cœlestia.

2. Mandatum Christi uniuersale extat, Ite in orbem uniuersum, Matth 28. Marci. 16.

3. Ecclesiæ Christi testimonium, & obserua-tio manifesta est, que per uerbum & sacramenta regenerationem accepit & usurpauit.

4. Prophetæ ac typi ueteris testamenti idem probant, in nube enim baptisatos esse israelitas, Paulus docet, 1. Cor. 10. & diluvium significare baptismum Petrus monet, 1. Episto. 3. capite, & hoc pertinent circumcisio, sacrificia & alia.

CONTRARIA.

Ethnici, Turcæ, Iudæi, negant eiusmodi re-generationem spiritualem hominis à Deo eſe institutam.

II.

DE VOCABVLIS.

Regeneratio autem hoc in loco, non significat corporaliter reuerti in uterum matris, ac denuo nasci, ut Nicodemus postabat, sed spiritualem renascentiam, similitudine quadam corporalis natuitatis declarat, ut Christus interpretatur, quod nimirum homo, ex matre naturali in peccatis conceptus et natus, in matre ista spirituali nempe in baptismo, per verbum efficacia Dei, spiritualiter mundus a peccato renascitur, hoc est, accipit remissionem peccatorum, fit filius Dei, templo Spiritus sancti, et haeres uitae eternae, etiam si in massa hominis adhuc remanet labes originalis. Cöprehenditur igitur sub hac uoce generali, couersio hominis ad Deum, iustificatio, et effectus, nempe inchoatio nouae uitae per Spiritum sanctum.

Testimonia de hac regeneratione extat, Ioanne 3. 3. Titum 3. 1. Pet. 1. 2. 1. Cor. 4. 1. Ioan. 5. et alijs locis.

Opponitur igitur haec spiritualis regenerationis carnali natuitati, quae est peccatis sordidata, redoram Deo, et destinata morti.

Matth. 19. Christus uoce regenerationis utitur pro tota hominis instaurazione seu glorificatione, in regeneratione, inquit, cum sederit Filius homini

hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Sed obseruandæ sunt & aliaæ descriptiones regenerationis istius spiritualis, ut verbi annuntiatio a prophetis, Ioan. 3. Aliqui denuo, aliqui ex supernis digni transferunt, res eodē tendit, quia est cœlestes & diuinum opus non humanum.

Lauacrum regenerationis Tit. 3. quia ministerio baptismi peccata abluitur, & homo fit noua creatura, 2. Cor. 5.

Renouari, & induere notum hominem Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iusticia & sanctitate uera. Idem est exuere veterem hominem, Colos. 3. Non potest enim exuiri uestis Adam sine illa regeneratione. Fructus autem regenerationis sunt bona opera, seu inchoata noua obedientia. Item induere Christum, Galat. 3.

Plantatio Patris cœlestis, Matib. 15.

Plantatio cœlorum, Esa. 51.

III.

QVID SIT.

Regeneratio in Ecclesia Dei est actio, per specie uerbo Dei instituta, qua per uerbum et Sacramentum certum uerbo additum, Deus ipse hominem carnalem

spiritualiter nouum seu iustum & sanctum for-
mat, atq; in suum regnum transvert, hoc est, au-
fert ab eo peccatum, & iram suam, ac uicissim
impertit ei iusticiam & gratiam suam, eripit eum
ex potestate & regno Diaboli, & donat ei Spi-
ritum sanctum, & ius hereditatis aeternae, accen-
dit in eo nouas vires ad inchoandā nouam obe-
dientiam Deo placentem.

Fontes huius definitionis sunt uerba baptismi,
Matth. 28. Marci. 16. Ite docete omnes gentes,
Baptisantes eos in nomine Patris & filij & Spi-
ritus sancti, Qui crediderit & baptisatus fuerit
saluus erit, &c. Item, Ioan. 3. Titum. 3. & simi-
les loci.

CONTRARIA.

Imperfectæ definitiones, ut regenerationem
esse ritum Ecclesiæ, discernentem populum Dei
ab alijs gentibus. Tantum enim unicus finis de-
scribitur, qui non est principalis huius actionis.

III.

QVOTVPLEX.

Sicut una & eadē est doctrina in uerbo Dei
de iustificatione hominis peccatoris coram Deo,
ita etiam una & eadem est regeneratio omnium
omnibus etatibus, Sed quia tempus discernitur,
& ritus ipse externus, applicans & obsignans
regenera-

regenerationem, uariat, ideo licet dicere, esse regenerationem ueteris, & esse regenerationem noui testamenti, non quod ipsa re, efficacia aut præcipuis donis uariant, sed ritus peculiari Dei consilio sit mutatus.

2. Alia uera est, alia falsa.

Vera est Ecclesiæ Dei regeneratio.

Falsa est, Iudeorum post Messiam exhibitum & Turcorum lotio superstitiosa sine uerbo Dei, quæq; reuera non est regeneratio.

V.

VNDE SIT.

In definitione expresse diximus, regenerationem esse actionem à Deo institutam, & quam Deus ipse etiam perficit, sed mediatae iuxta communionem Ecclesiæ Dei cursum.

Promerens nobis hominibus istam mirabilem & salutarē regenerationē, est Christus. Quemadmodum enim fructū sue intercessionis testatur esse spiritum sanctum Ioan. 16. Ita etiam hoc opus spiritus sancti, nempè ablutionem à peccatis eadem ratione peperit. Nam si absq; hoc Mediatore & expiatore fuisset, qui gratiam Dei, iusticiam, & uitam eternam nobis acquisiuit, nulla esset per uerbum & baptismum tantorum bonorum applicatio & distributio.

in novo testamento, & reuelat Euangelij uocem Christus, & iubet eam in totum mundum effterri, simulq; baptisatum sancit. In ueteri idem doyos est propinqua causa, uocem Euangelij sonans, & addens certa quædam signa externa, applicantia uerbum & dona Dei. Sed quod filius agit, etiam pater & spiritus sanctus, obseruata tamen personarum distinctione, agent.

Esse diuinum opus regenerationem, Christus Iohan. 3. docet, cum inquit, oportere homines circuimur, denuo uel è supernis hoc est diuinitus renasci, id quoq; significavit spiritus sanctus, in baptismo Christi uisibiliter in baptizatum descendens, & alias Apostolis baptizantibus, spiritus sanctus mirabiliter ex cælo effusus est, scq; per uaria dona manifestauit, sicut testatur historia in Actis Apostolicis.

Iohan. 1. scriptum est, Qui non ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Dei enim opus est nouillus creature, hominem quasi nouum fundere aut creare potius.

De tota Trinitate inquit Christus, Ite docete omnes gentes, & additur, baptizantes eos in nomine Patris & filij & spiritus sancti Matth. 28. Marci. 16. Non est igitur ista regeneratio aliqua temeraria actio, ex superstitione nata, ut pleræq; iustrationes Ethnicorum, sed est ipsius filii

*fit̄ Dei institutio. Et iōannes Baptista inquit, se
à Deo reuelationem peculiarem, & mandatum
de inchoando baptismo accepisse.*

*In nomine autem Dei baptisari, significat ex
Dei mandato, item ipsius efficacia & præsentia
baptismum administrare.*

*Et maiestatē huius operis auget, quod Pater,
Filius & Spiritus sanctus se uolunt in hoc opere
tanquam præsentes & efficaces nominari & ce-
lebrari. Obseruandum & hoc est, quod due res
copulantur, nempe doctrina & baptismus.*

*Tribuitur etiā interdū hoc opus spiritui tantū
synecdochinōs, hoc est, ne excludantur tamē cæ-
teræ diuinitatis personæ, ut iōan. 3. Nisi quis re-
natus fuerit ex aqua & spiritu, & Paulus Tit. 3.
inquit, Saluos nos fecit per lauacrum regenera-
tūs & renouationis SPIRITVS SANCTI.*

*Impulsu& Dei sunt, dilectio generis humani,
et meritū sui filij, sicut ipse Christus in cōcione ad
Nicodemum exponit, iōan. 3. Sic Deus dilexit
mundum, ut filium suum unigenitū daret, &c.*

*Ministri Dei in hoc opere, quod quidē mediatē
uult peragere, sunt homines, quibus partes do-
cendi uerbū Dei & administrādi Sacramēta di-
uinitus fāncita ac uerbo adiuncta, legitimē de-
mandatæ sunt, licet in casu extreme necessitatia
quilibet pius ministeriū illud obire queat, mode-
ritate & iuxta uerbum Dei faciat.*

156 Vnde regeneratio.

In novo testamēto primus preco Messiae exhibiti, & minister baptismi fuit Ioannes Zachariae filius. Deinde sequebantur Apostoli, & septuaginta discipuli Christi, inchoantes baptismū Christo mandante viuo adhuc Ioanne. Quod autem Christus ipse met nō baptizauit homines, factum est, ut testaretur, se per aliorum ministerium quoq; efficacem fore, præsertim cum esset breui tempore mansurus in terris. Apostolos sequuntur reliqui uerbi Dei ministri, usq; ad finem mundi.

In ueteri autem testamento, primum ipsi Patriarchæ fuerunt Sacerdotes, hoc est, doctores sue Ecclesie, & qui accommodarunt typos à Deo institutos, ut, mactationem uictimarum, circumcisionem &c. Deinde uero Prophetæ & Sacerdotum turba, item Ecclesiastica forma in populo Israelitico constituta, subsecuta est.

Porrò ista organa regenerationi huic spiritali nihil conferunt, tantum enim uerba proferunt & aqua tingunt, Sed qui per hoc ministerium regenerat eorumq; plantationi dat incrementum Deus est. Sicut Ioannes disertè inquit, Ego baptizo aqua, qui post me uenturus est, baptizabit Spiritu sancto & igni, hoc est, testatur, sese tantum esse ministrum, Sed Christus

stum dare huic ritui effectum, spiritum sanctum & novos motus cum uoluntate Dei consentientes.

Hæc explicatio dignitatem baptismi commendat, & simul de usu nos confirmat. Non igitur iudicium faciamus de hac actione ex simplicitate ritus, sed quod Deus author est, & quod non modo uerbum suum adiunxit, uerum etiam promisit sese ad futurum & ingentia bona largitur. Nam soli sapienti & omnipotenti Deo ita uisum est, tam simplici rito per uerbum suum, rem tantam perficere, ut nimis confundat stolidi & inualiidi mundi in suis rebus manem magnificantiam.

CONTRARIA.

Dicere hanc regenerationem tantum esse commentum humanum, ridiculum & explodendum, sicut sentiunt Ethnici, Turci, iudei. Sed aliter nos docent sacræ literæ, ut dictum.

Donatisticus furor, quod absuerarunt effectum regenerationis pendere ex ministri hominis qualitate. Sed nequaquam ex ministri dignitate vel indignitate pendet regenerationis uerum ex Deo & ipsis uerbo. Minister tantum externa præstat, recitat uerba institutionis, lauat aut tinge aqua. At Deus peccata adimit, & donat iusticiam, spiritum sanctum & uitam æternam.

Argumentum ipsorum.

Spiritus sanctus non datur ab homine malo.

Spiritus sanctus datur in baptismio.

Ergo baptismus non potest dari ab homine malo.

Respondeo ad Maiorem. Nec boni nec mali ministri spiritum sanctum largiuntur, sed pater & filius tantum. In ministerio enim & postolorum est datus spiritus sanctus a Deo, ipsi non dede- runt cuiquam, & grauiissime obiurgatur Simon Magus, qui donum spiritus sancti putabat esse opus humanum, cuius facultatem ipse pecunia quadam mercari conabatur. Acto. 8.

Deinde ad Minorem, diversa hic est subsump-
tio, nam Minor in genere dicit spiritum in ba-
ptismo dari, id quod intelligendum est de Deo.
Non igitur subsistit conclusio:

Papisticae consecrationes baptismi, quasi ipsi suis illis ritibus fontem regenerationis efficere possent meliorem: Sunt autem Ebnicae super-
stitiones, contumeliosae in Deum, authorem ba-
ptismi. Schuuenckfeldismus. Negat enim mini-
sterium indignorum esse efficax. Et negat Deum
ista per media agere.

VI

PER QVÆ MEDIA FIAT
regeneratio.

Alligavit Deus regenerationem spiritualem
certis

certis medijs, ut actio magis esset conspicua, & firmorem consolationē præberet. Media autem sunt duo, verbum nempe patefactum diuinatur, & ritus externus ipsi uerbo immediate ab ipso Deo copulatus.

Verbum autē idem est oībus sacerdotiis in genere quo ad propriam et germanā sententiam. Quod enim Christus inquit, Qui crediderit saluus erit, hoc Moses ita effert, Abraham credidit, & imputatum est ei ad iusticiam Genes 15. Una enim & eadem est semper iustificationis ratio.

Ritus autē uariat, quia Deus uoluit alios esse ritus externos in ueteri testamento ante Messiae exhibitionem tanquam typos, alios in novo testamento Messia donato. In ueteri ante circumcisōnem fuerunt mactationes uictimarū, in quibus sonuit uerbum Dei, & diuinatus hostie accēderebantur & conflagrabant. Postea succēdit circumcisō, & uaria sacrificia & expiationes in Ecclesia Israelitica, per quae media unā cum uerbo Deus ueram hominum conuerzionem ac regenerationē sive reconciliationem sine dubio operatus est & confirmauit.

In nouo testamento, baptismus est externa actio, annexa uerbo, qua homo renascitur, hoc est, recipitur a Deo, & fit templum Spiritus sancti, ac ciuiis regni caelestis.

Non igitur debent ea diuelli, quæ Deus coniunxit. Seorsim quidem promissio gratiæ aliâs traditur, uerum in regeneratione, de qua modo uerba fecimus, ritus ipse à promissione nequaquam est discernendus, quia ipse Deus copulauit. Eamq; ob causam sacramenta rectè dicuntur uerba uisibilia. Nam promissio, externa quadam actione incurrit in oculos & quas ea uestitur.

Subiectum, quod regeneratur, est homo carnalis, uenundatus sub peccatum, filius iræ Dei, mancipiū Diaboli & inferni, inimicus Dei, sicut id supra ex uerbo Dei demonstrauimus. Ex hisce autem epithetis patet, hoc subiectum in præsenti actione prorsus passiuè se habere. Sicut enim in generatione carnali, fætus in utero matris se passiuè habet, Quid enim massa mortua suæ uitæ cooperaretur? Ita etiam in hac spirituali regeneratione, in qua homo per se se est mortuus peccatis, tantu accipit à Deo beneficia, & Spiritus sanctus donat nouas uires, nouam uitam, sicut Ioannes disertè inquit, Qui nō ex sanguinibus, necq; ex uoluntate carnis, necq; ex uoluntate uiris, sed ex Deo nati sunt, Ioan. i.

Poterant quidem adulti descendere in Iordanem Ioanne baptizante, sed id non erat regeneratione. Deus autem solus erat qui regenerabat, inquit qui etiam in adultis accendebat eam uoluntatem,

talem, ut expeterent baptismum. Nam Christus perspicue inquit, Nemo uenit ad me, nisi quem pater traxerit, Ioan. 6.

CONTRARIA.

Enthusiasmus, repudians uerbum & Sacra-
menta in hominis regeneratione, sicut etiam
Stenckfeldus assert.

Ethnicæ, Iudaicæ, Thurcicæ lotiones & cir-
cumcisiones, quæ non habent uerbum Dei.

Baptisare capanas & altaria, ut faciunt Epi-
scopi aut Suffraganei, serui Antichristi Romani.

VII.

QUOMODO FIAT RGENERATIO.

In causa formali regenerationis, primum duo
consideranda sunt, nempè externa actio à Deo
tradita. Deinde interna, inuisibilis, spiritualis,
& potissima operatio.

Externa fit per ministrum Ecclesie (excepto
necessitatis casu ut dictum) qui sonat uerbum
Dei, & aqua hominem tinctum seu perfundit. Ver-
bum est quod ritui quidem annexum est, Ego te
baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus
sancti. Testatur autem baptisans, se non id fa-
cere suo arbitrio, sed ex præcepto Dei. Deinde
se non tantum externam istam actionem exhibe-
bere, uerum internum regenerationis opus à
potentiori effici, nempè à Patre filio & Spiritu
Sancto.

L

Tertio testatur, Deum sese baptisato, & ut
cissim baptizatum se Deo deuincire, ita quidem
ut baptisatus tamquam receptus in gratiam a Deo,
liberatus a fardibus peccatorum, et ut breuiter
dicam, summis beneficijs ornatus, sciat sese huic
Deo esse dicatum & mancipatum, huic praestan-
dam esse obedientiam. Viciissim autem Deus hoc
federe confirmat, sibi baptizatum cur e esse su-
eturum. Debet autem alias quoq; ibi sonare, præ-
sertim uero apud adulios, doctrina de conuer-
sione hominis ad DEVM.

Interna uero & precipua actio, et quidem ipsa
regeneratio hominis, cuius medium est actio illa ex-
terna, sit inuisibili & omnipotenti modo ab ipso
Deo patre, et filio et Spiritu sancto, in qua actione
peccata auferuntur, & donatur iusticia, Diabo-
lus profligatur, & donatur spiritus sanctus, ui-
res etiā nouae creantur, et lux acceditur, ut inchoe-
tur amor Dei, invocatio, patientia in cruce, &
reliqua bona opera in decalogo prescripta.

Mira autem est copulatio externe & internae
actionis. Nam Deus, ut res tam mirabilis & ar-
dua aliquo modo in oculos humanos incurreret,
fidemq; magis excitaret & confirmaret, externū
ritum sue arcane, diuinæ & omnipotenti opera-
tioni coniunxit, ita ut non alio (quod quidem ad
communem ratione attinet) modo uelit homines

denit.

Aenuo gignere , quām tali , nimirū per uerbum suum & eiusmodi externum ritum.

Secundo. Sicut baptismus de duabus rebus testimoniū dicit , primū de peccatis , quibus homo pollutus , indiget emundatione , et de ablutione hoc est remissione peccatorū , perinde ut circumcisio de pollutione naturali , et de expiatione p sanguinē uenturæ hostie docebat : Ita etiam in hac actione regenerationis , apud adultos præser tim , utraq; doctrina sonare debet , nempe lex de peccatis interioribus & exterioribus , et Euāgelium de remissione peccatorū gratuitā p Christum & de instauratione corrupti hominis . Præcipuum autē locum in hac actione habet uox Euāgeliij , externa etiā actione remissione peccatorū , partam per obedientiā Christi , nobis applicans atq; obsignans . Huc pertinet illa testimonia , Ioannes prædicabat baptismū pœnitentiæ in remissione peccatorū Luce. 3. Prædicare enim baptismū pœnitentiæ , est docere de cognitione suorum peccatorū , et deinde de fide in Christū , hoc est de lege et de Euāgeliō . Item baptizabantur in Iordanē cōfidentes peccata sua . Hic etiā legis & Euāgeliij effectus recitantur , et congruant cum hac doctrina Ioannis , quæ præcedit , pœnitentiā agite , appropinquauit regnum cœlorū Matt. 3: Conuenit et Petri contio Acto. 2. Pœnitentia u

agite, & baptisetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum.

Tertio. Porro quia in regeneratione promissio gratiae addita est externe actioni, ideo fide regeneratio accipienda est. Debet autem in hac quidem actione, fides ad duo obiecta sese extendere, primum ad uerbum seu promissionem diuinam, quae ibi proponitur, Deinde etiam ad ritum seu actionem illam externam, uerbo diuinus coniunctam. Alia enim res est, quando simplex promissio Euangeli proponitur, alia quando est uestita quasi eiusmodi externo ritu. Verba perspicua sunt, Qui crediderit, & baptisatus fuerit, saluus erit, Marci. 16.

Quartò, omnes mortales, sine omni prosopolepsia pertinent ad hanc regenerationē, quod ad ipsum ius seu promissionem diuinam attinet, sicut etiam omnibus est necessaria, ob communem labem, quam ex parentibus nostris trahimus. In novo Testamento clare inquit filius Dei: Baptizate omnes gentes, Matth. 28 & consonant hæc uerba uetusissimæ prophecyæ: In semine tuo benedicetur omnes gentes Nam per baptismū, Christi beneficium applicatur. Non est igitur distinctio: tam Turcorum aliarumue gentium, quam Christianorum liberi, pertinent ipso iure seu promissione Dei ad regenerationem, eaque opus ha-
bent,

bent, modo adferatur ad eam, aut ueniant adul-
ti. Alia Dei iudicia non debemus scrutari.

Quintò. Semel tantum externo isto ritu fit
regeneratio, quia non mandauit Christus itera-
tionem, ut in cœna dicitur, Quotiescumq; sece-
ritis. Deinde Ecclesia Christi omnibus etatisbus
tantum unicum baptismum impertit, & respon-
det hec actio circumcisio. Etiamsi autem reno-
vatio uirtute spiritus sancti fit per totam uitam,
& sunt incrementa Sanctorum, tamen fit in ei-
usmodi regeneratione acceptatio coram Deo
sufficiens, imputatur iustitia per Christum ac-
quisita, quæ nos iustos efficit & heredes uitæ
æternæ. In altera autem uita, radicitus ex natu-
ra hominum extirpabitur peccatum, & fiet tota
substantia etiam iusta, obediens & placens Deo.

Sextò, Gesus & alijs ritus, qui adhibentur
ex arbitrio hominum ad eam actionem, quam
destinauit Deus regenerationi, non sunt de sub-
stantia regenerationis, ac remouendi sunt super
stitionis & impij ritus, quales multi in usu sunt
apud Papistas.

CONTRARIA SVNT.

Mutare formam baptismi, sicut Valentiniani
in nomen ignoti Dei baptisarunt.

Diuellere promissionem gratiæ & hanc ex-
ternam actionem, in ista quidem regeneratione,

166 Contra formæ regenerat.

tanquam Deus non sit efficax per hoc medium,
quia Christus ipse copulauit.

Iterare ritum, ut Anabaptistæ contra institutionem Christi faciunt.

Aſſeuere, ethniſorum liberos non eadem ratione, qua Christianorum ad regenerationem pertinere, ut ex ſacramentarijs quidam affirmant. Cum enim Christi beneficia ad totum munendum pertineant, ſicut Ioannes inquit, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, ſine dubio etiam omnes ex aequo ad ea media pertinent, que hæc amplissima dona exhibent & applicat. Et diſerte inquit Christus, Baptizate omnes gentes. Indigent etiam pariter regeneratione sanctorum & ethniſorum liberi.

Argumentum.

Ero Deus tuus & ſeminis tui poſt te.

Ergo sanctorum liberi habent iam Dei gratiam antea regenerationem, & magis pertinent ad regenerationem, quam non renatorum.

Repondeo. Nego conſequentiam. Nam antea cedens eſt promiſſio data patribus in ueteri Testamento, de conſeruatione Eccleſiae Dei in ipſorum posteritate, idq; propter exhibitionem Meſſie, qui debebat ex ipſorū familia naſci. Sed iam Meſſias uenit, Non eſt igitur Eccleſia amplius certæ familiæ alligata. Genus itaq; huīus ſententie

tentia tantum ad nos pertinet, quod Deus sit in mundo Ecclesiam aliquam, se se ex reuelato uero agnoscentem & celebrantem, contra omnes furores huius mundi & Diaboli conseruaturus. Hinc manifestum est, multo plura conuerri in consequens, quam in antecedente fuerunt comprehensa. Hoc autem discriminis est inter liberos Christianorum & ethnicorum, quod Christiani, cum sint membra & ciues uerae Ecclesie Dei, & habeant uerbū Dei & Sacra menta eius, mox suos liberos ad baptismum adferant, ethnicorum uero liberi, cum parentes ipsorum sine extra Dei Ecclesiam, non tam cito ad baptismum Christi ueniant, & aut perseverant in parentū impietate, aut tardius Ecclesie Dei doctrinā & Sacra menta amplectuntur. Verum ista tantum misericordiae diuinæ adscribenda sunt, non nativitati ex pījs parentibus, quia Iohannes diserte inquit, Qui non ex sanguinibus, Ioh. 1. Et tam nascuntur filii irae liberi Sanctorum parentū, quam ethnicorum, Ephes. 2. Tam etiam damnantur illi in æternū, nisi regenerentur, aut Christo in uera fide commendentur, quam hi, sicut testatur Christus, Qui non crediderit, condemnabitur, Marci. 16. Libenter tamen credimus, infantes, qui moriuntur in utero matris uel in ipso partu ac precibus piorum Christo commendantur, etiam

168 Effectus regenerat.

saluari, iuxta promissionem, ubi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo quidquid petierint, accipient, &c.

Aliud.

Si radix sancta & rami. Roma. 11.

Ergo Christianorum liberi ante baptismum pertinent ad Ecclesiam Dei.

Respondeo ad antecedens, Paulus ibi Iudeos & gentes confert. Radicem appellat Iudeos credentes, ramum uero posteros credentes, non autem incredulos, & testatur in utraq; gente Deum habere Ecclesiam suam. In utraq; gente gratis homines fide in Christum iustificari, & non esse propter uocationem & dona accepta à Deo contemnendos alios. Item, puniri non tantum alios propter incredulitatem, sed etiam Ecclesiam Dei degenerantem.

Affuerare quod Chrisma & aliæ impiæ sint substantia baptismi, ut stulti papistæ delirant.

VII.

DE EFFECTIBVS, BONIS,
ET DONIS REGENE-
RATIONIS.

Ingentes & amplissimi fructus ex regeneratione ista Spirituali ad omnes homines redeunt. Aliquam enim renovationem seu restauracionem

uem imaginis diuinæ, quam peccato amiseramus, in hac uita nobis adfert, sicut Paulus dicit, Renouari spiritum mentis nostræ & indui nouum hominem, & creari secundum Deum in iusticia & sanctitate uera. Ephes. 4. Idem Col. 3. uocat exuere ueterem hominem cum operibus suis, & induere nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Et 2. Corin. 3, Transformari in imaginem Dei. Sed haec generalia paululū euoluenda sunt, ut rectius intelligi queant.

Primum, regeneratio ista spiritualis applicat, adfert, & obsignat iusticiam imputatiuam, hoc est, perfectam legis obedientiam à Christo prestatam in nos transscribit ac deriuat, Ephes. 2. 4. Rom. 3. 4. 10. & hoc Paulus uocat induere Christum per baptismum, hoc est, fieri particeps omnium honorum eius, quæ nobis sua passione & obedientia peperit. Huc pertinet remissio peccatorum coram Deo, Acto. 2. Agite pænitentiam & baptisetur unusquisque in nomine Christi, in remissionem peccatorum. Quibus uero opibus in hoc mundo, quibus ornamenti res tantæ comparari possunt?

Secundo adfert reconciliationem hominum cum Deo. Nam is recipit nos in gratiam, & quare recognoscit nos propitio uultu, qui antea pro-

170 Effectus regenerat.

pter peccatum nos merito auersabatur, et nos uicissim Deum recipimus et cognoscimus, ac san-
citur mutuum fædus. Accipimus Deum in pa-
trem, qui prius index in nos fecerit et iratus
erat, quia nos ex matre spirituali, nempe per
uerbum et sacramenta regenerat, eaq; ratione
filii Dei efficiuntur, Ioan.1. Gala.4.

Tertio, inserit nos regeneratio in regnum
Dei, quod hic in terris ante ultimum iudicium
habet, id est Ecclesiam suam, Matth.18. Mar.16.
Roma.8. Gala.4.

Quarto, in regeneratione efficiuntur habita-
tio Dei, et templa spiritus sancti. Mar.16
Titum.3. Et 1. Corin.3. dicitur, Templum Dei
estis, et Spiritus Dei habitat in uobis. Sed ex-
tra regenerationem, omnes homines sunt sedes
Diaboli.

Quinto, liberamur à Tyrannide Diaboli, quia
donamur remissione peccatorum, et Deus ipse
arcem hanc armato expulso occupat, id quod ex
predictis fructibus liquet.

Sexto, adserit regeneratio restitutionem et
innovationem quandam præcipuarum in homine
uirium, et dona in eis, ad cultum Dei necessaria.

In mente enim accenditur lux de rebus spiri-
tualibus et omnium summis, et uires donantur,
quibus restante aliquo modo cognosci queant.

Manet

Manent enim adhuc in hac uita tenebrae & imbecillitates propter naturae depravationem, quae non penitus in hac uita abiicitur. Sic Paulus inquit, Renouari spiritu mentis nostrae, Ephes. 4. Et renouari in agnitione Dei Colos. 3 Item, Nos reuelata facie gloriam Domini speculari. 2. Corint. 3.

In uoluntate donatur & excitatur aliqua promptitudo ad res diuinas, & facultas assentiendi & apprehendendi, Philip. 2. Deus operatur in nobis & uelle & efficere pro beneplacito.

Etsi autem Deus etiam per simplex uerbum esse efficax, tamē quia in regeneratione & uerbu & Sacraenta coiuncta sunt, nō dubitandum est, quin uoluntati hominis nouas uires benignè largiatur.

Cor etiam nouum creat, ut incipiat Deum diligere, & purioribus motibus res diuinias prosequi, Ezech. 36. psalm. 51. Hæc omnia Paulus simul complectens, ait nos per Christum esse nouam creaturam, 2 Corin. 5.

Septimo, adfert inchoatione nouæ obedientie Deo placentis, Roma. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in morte, ut quemadmodum Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.

Ottavo, adfert inchoatione uitæ eternæ in nobis, uem certam spem latæ resurrectionis, &

172 Contraria effect. regen.

ius æternæ uitæ et societatis cum Deo Titum.3;
Mar.16. Qui crediderit et baptizatus fuerit
saluus erit. Item Ioan.3. Renatus per aquam et
spiritum sanctum intrabit in regnum cœlorum.

Nono. Ritus regenerationis est exterua nota,
discernens Ecclesiam Dei et eius membra a re=
liquis profanis gentibus, Sicut in ueteri testa=
mento erat circumcisio, vult enim Deus etiam
in hoc mundo suum cœtum externa quadā nota
et professione cognosci, et ab impijs sciungi.

CONTRARIA.

Dicere, regenerationem istam quæ fit per ba=
ptismum nihil spiritualium bonorum hominibus
largiri, sed esse tantum superstitionem ceremo=
niam quandam.

Iudei, Turci, gentes.

Nimium uendicare baptismō, quasi omnino
ex natura tollat omnes peccati radices, ut Ana=
baptiste, næborgoi senserunt, et nunc papistæ,
qui uolunt peccatum esse plane abolitum et na=
turam integrè instauratam. Manet enim morbus
ille originalis, licet iusti fiamus imputatiuē, et
inchoetur aliqua in hac uita nouitas.

Excutere et amittere dona, in regeneratione
accepta, peccatis cōtra conscientiam et impæni
tentia, Roma.8. Si secundum carnem uixeritis,
moriemini.

DE QVIBVS DAM COM-
POSITIS.

I.

REGENERATIO HOMINIS IN
QVIBVS REBVS PLENA,
in quibus tantum inchoata
sit in hac uita.

Cathari sic argumentantur. Homo in uerbo
& baptismo renascitur, Ergo potest esse sine pec-
cato, adeò, ut si uicissim peccet, non sit ei pœni-
tentiæ ac uenie locus relictus. Error autem inde
oriebatur, quod non attenderent, quomodo re-
generatio in hac uita fieret. Nam in alijs rebus
plena, in alijs uero inchoata tantu est regenera-
tio, quæ in hac uita per uerbū & baptismum fit.

Plena est hæc regeneratio, in imputatione
iusticiæ seu obedientiæ Christi, in donatione re-
missionis peccatorū, in acceptatione in gratiam
& in adoptione in filios Dei & addictione her-
reditatis æternæ. Nam totam legis impletionem,
quam Christus suo sanguine peperit, in hac re-
generatione Deus in nos ex immensa misericor-
dia transfundit aut transscribit, ut coram ipso
simus iusti, non aliter atq; si nos ipsi præstiti-
mus. Inde plenum ius hereditatis uite æternæ

nobis tradit: Est itaq; imputatio iusticie plena,
nobisq; sufficiens, ut Deo placeamus, & simus
filii Dei.

Sed inchoata sunt tantum in hac regeneratione,
primum, restitutio quarundam virium, ad cultus
Dei, nouamq; uitam necessariam, ut aliquam lu-
cem in mente rursus accedit Deus, qua Deum &
eius opera cognoscimus. Aliquam promptitudi-
nem uoluntatis donat ad res spiritus aliquomodo
acciendi & expediendas. Aliquem amorem
cordi instillat Deus, quo DEV M & res spiritus
amare incipit. Iste uires non plene, non perfecte
nobis inseruntur aut restituuntur in hac uita, si-
cuti in homine ante lapsum fuerint, ratio est, quia
manet etiam post regenerationem morbus peccati
originalis, unde tristes caligines mentis, malicia
cordis & voluntatis subinde pullulat. Sic Paulus
grauiissime queritur Roma 7. Sentio aliam le-
gem in membris meis, repugnantem legi mentis
meae. Item Gala 5. Caro concupiscit aduersus
spiritum, & spiritus aduersus carnem. Sunt qui
dem ingentia & præstantia Dei dona, etiam
istæ inchoatae restitutiones virium amissarum,
pertinentes ad res diuinæ aliquo modo cognos-
cendas, amplectendas & expediendas potissimum.
Sed meminerimus peccati originalis tantam uitam
esse, ut dum hac aura fruimur, integræ non re-

fitugintur

situantur, ideo modestius de nobis deq; actionibus talibus sentiamus.

Deinde inchoatur renouatio aliqua natura residua post lapsum, Mens rectius cogitare incipit de rebus diuinis, & tenebris suis resistit, Voluntas & cor incipiunt maliciam suam aliquo modo emendare, & studere alicui obedientiae erga Deum & morum honestati. Et concupiscentia illa in nostra natura hærens, aliquo modo iam frenari & cohceri incipit.

Sed ut non penitus euellitur ex natura hominis peccati morbus & labes, ita etiam noua obedientia, profluens ex nouiter donatis virib; non est perfecta, Sed undiq; manca, mutila, & rie polluta est, sicut Roma. 7. Paulus exponit, Sciunt tamen renati, suam inchoatam obedientiam Deo placere propter Christum, quia persona recepta est in gratiam Roma. 8. Et Christus iubet omnes renatos orare quotidie, Dimitte nobis debita nostra.

F³ autem integræ & absolutissimæ regenerationi hominum tempus designatum, nimirum quando resuscitati ex morte, à Christo in eternam uitam traducemur. Ibi enim prorsus auseveretur peccatum ex natura nostra, & restituentur vires omnes amissæ plenè, Tunc sequetur

etiam pulcherrima obedientia hominum, legi
diuinæ congruens. Hanc igitur perfectam & ab-
solutissimam regenerationem, certa fide iuxta
promissionem nostri Saluatoris Matth. 19. ex-
pectamus. Interea autem fruamur gratis animis,
presentibus beneficijs Dei amplissimis, quibus
incipimus tamè in hac misera uita, in Regno Dei
uiuere, Deum cognoscere, eum celebrare, Deo
placere, & uerè distinguimur à Diabolis & im-
pijs omnibus, Deum contemnentibus & blasphem-
mia affidentibus.

Agnoscamus utrumq;. Primum ingentem uim
peccati originalis, quo delui in hac uita non po-
test. Deinde etiam ingeniem Dei misericordiam,
qui per regenerationem suam, aliquam tamen
expurgationem & renouationem in quibusdam
inchoat.

Tota igitur hæc doctrina ex causa finali seu
effectibus regenerationis petenda est.

II.

DE RESTAURATIONE
imaginis diuinæ in
hac uita.

Effectus regenerationis non postremus est,
uti diximus, restauratio aliqua Imaginis diuinæ
in natura hominis, etiam in hac temporali uita.

Qualis

Qualis autem ea sit, ex hac ipsa parte de effectibus regenerationis, & ex eo composito, de quo modo differuimus, facile est iudicare. Verum sicuti ista dona Dei & opera Spiritus sancti, extenuanda non sunt nimium, ita rursus uendendum est, ne illi restitutioni nimium uendemus.

Primum, Iusticia integra nobis, ut diximus, per Christum imputatur, Rom. 4. Hac imputata iusticia, quā fides amplectitur, uerè persona est coram Deo iusta, reconciliata, recepta. Non igitur peccatum est penitus ex anima & corpore exemptum. Manet enim morbus, tenacissime eis inhārens, quæ res plenam restitutionem uiuum, & perfectionem actionum uehementer impedit. Facit etiam, ut propter istas sordes Diabolus non cesseret renatos quoq; uarijs modis, spiritualiter & corporaliter affligere.

Deinde quedam uires amisse per peccatum, incipiunt in natura hominis restituī. Non tamen sunt illæ uires tam illustres, tam potentes tamq; perfectæ, ut fuerunt in hominibus ante lapsum, quia peccatum adhuc manet. Nam donatur quidem per Spiritum sanctum menti iterum aliquæ uis seu facultas (quam peccato perdiderat) res diuinæ intelligendi ac discendi. Sed ut diximus, non est absoluta. Nam ex parte tantum cognos-

cimus inquit Paulus 1. Corinth. 13. Et æterna uita perfectam rursus sapientiam & lucem in tantis rebus nobis adferet. Manent igitur in mente renatorum adhuc multæ tristes caligines & dubitationes, quibus tamen resistunt, & spiritus sanctus subinde uim mentis magis illustrat. Nihil omnino sæpe naturalis imbecillitas & Diabolus etiam, renatis lucem hanc diuinitu accensam, uel horribiliter rursum obscurat, uel etiam penitus extinguit. Salomon, cuius sapientia tanta fuit, ut post lapsum hominis, uix alius quisquam in sacris literis tanta Encomia meruerit, tandem in idolatriam suarum muliercularum se turpiter trahi patitur. Aaron comes Mosis, & inspecto Maiestatis diuinae in vicino monte se se manifestans, tamen populo furioso uitulum erigit, sic nimirum in præstantissimis illis hominibus, Diabolus lucem de Deo obscurare, deforniare, & ferè penitus adimere potuit.

Adferat autem ista lux in spiritualibus, simul etiam quandam maiorem ac certiorem lucem in rebus carnalibus, mundanis, seu externis, præfertim quatenus Deum & honestatem respiciunt aut concernunt. Nam lux de Deo, norma est actionum corporalium, id quod extra controvèrsiam est. Sed tamen etiam hac in parte imbecillitate

becillitate naturæ, quæ adhuc peccato est infesta ac uiciata, & Diaboli astutia ac potentia, homo renatus non raro aberrat, h[ab]esit, mala discernit, aut arripit, præscriptum Deo non gubernante indesinenter omnes renatorum cogitationes. Petet igitur David ardenter, ut Deus se se illuminet.

Voluntas præterquam quodd aliquam uim seu facultatem aliquomodo solum assentiendi rebus spiritualibus ac diuinis adipiscatur, ut est dictum, etiam Spiritum sanctum Ducem et Rectorem accipit, qui uoluntatis impetus malos frangit, & bonos accedit ac dirigit, sicut oramus, Adueniat regnum tuum. Cum autem residuum adhuc sit peccatum, uoluntas etiam inde suas imbecillitates non exigua retinet, neq[ue] recipit uoluntas suam illam primam, quæ in Adam nondum lapso egregiè fulgebat, integratatem. Et Diabolus ob peccatum, etiam renatorum uoluntates perpetuò impedit, & impedit, & nō raro quoq[ue] in diuersum abripit, ut nimirum cognoscant omnes mortales, nisi Deus uoluntates humanas perpetuò gubernet, nos neq[ue] initium, neq[ue] incrementa, neq[ue] finē bonitatis istius ex nobis met ipsis habere aut retinere posse. Hanc etiam ob causam tam sollicitè David precatur, ne Deus Spiritum sanctum à se auferat, Psalmo 51.

In rebus præterea carnalibus, uoluntas rendata fit aliquanto promptior, ualidior & fæcior, donec nimirum χειραγωγὸς ille & ταρπεστής spiritus sanctus adest. Sed naturæ prauitas & Diaboli mirabilis & horrenda potentia, semper etiam renatorum uoluntates in res illicitas abripiunt, deserente nimirum spiritu sancto hominem. Sic David renatus, Vixæ coniugem rapit, & eum iubet interfici.

In corde incipiuntur quidem per spiritum sanctum motus puriores & ordinatores, aliquo modo congruentes cum uoluntate Dei, in prima & secunda Decalogi tabula præcepti. Sed non sunt usq; quaq; perfecti, quia peccati uenenum non prorsus ex corde excinditur. Ideo sëpe in renatis etiam aberrant motus, & pessimi quiq; exurgunt. lob diei nativitatis sue tandem, impatientia fractus, maledicit. Præponit Salomon amorem mulierum, amori diuino.

Tertiò, Hinc igitur de actionibus, & noua obedientia renatorum statui potest. Quales enim sunt uires, tales sunt etiam actiones. Vires sunt inchoatæ tantum, & nocet eis peccatum, remanēs in natura post regenerationē, & Diabolus summa malicia ac potentia, propter peccatum horribiliter furentis aduersus homines. Est igitur illa obedientia tantum inchoata, scaturit

ex

ex deprauata natura, impeditur à maligno spiritu persæpe. Sed tamen Spiritus sanctus in hac infirmitate renatorum efficax est, manutantquam infantulos nos ducit, regit, prouehit, & facit ut aliqua tamen fiant iuxta legem Dei, quæ reuera magna sunt & grata Deo, custodit pios, subinde gementes & orantes illud: dimitte, dimitte peccata nostra, & petentes gubernationem diuinam usq; ad finem uitæ, & placidum exitum uitæ in uera fide in Christum multis benignè largitur. Hec prosunt, ut nos commoneant de magna imbecillitate, quæ in renatis adhuc hæret, ne superbiamus nostris viribus, ac nimium renatis tribuamus. Grauissima Pauli admonitio est, qui stat, inquit, uideat ne cadat. Item Christi. Vigilate & orate, ne tentemini. Petamus igitur in timore Dei gubernationem Dei perperuam.

Deinde potest hinc dijudicari superbum Antichristi dogma Romani, quod homo renatus possit legem Dei implere. Nam uires integræ non restituuntur homini renato in hac uita, quomodo ergo possunt actiones numeris suis omnibus, quod dicitur, esse absolute.

Tertiò prosunt, ut agnoscamus beneficia Dei, & in timore Dei ijs utamur, deniq; ut desiderem

182 Dona regen, effundi posse,
mūs illam plenam restitutionem, quam in Resur-
rectione ex morte à filio Dei propediem acci-
piemus.

III.

AN REGENERATIONIS dona possint iterum amitti.

Anabaptistæ quidam hac nostra ætate puta-
uerunt, ne sceleribus quidem contra conscienc-
tiā, ista dona, quæ in regeneratione accipimus,
posse rursum amitti. Sed hunc furorem refutant
dicta & exempla scripture. Nam Christus in-
quit, Beati qui audiunt uerbum meum, & custo-
diunt illud. Item: Beatus, qui perseverauerit
usq; ad finem. Sicut igitur perit semen in petra,
& inter spinas, ita etiam non dubium est, pec-
catis contra conscientiā & impænitentia excuti
dona accepta, id quod in debitore effundente
sua dona crudelitate quadam erga conseruum
depingitur. Sic David renatus, adulterio ac cæ-
de dona regenerationis excutit, donec retrahi-
tur ad pænitentiā. Iudas uero sua apostasia &
impænitentia in uniuersum excidit, nec recu-
perat illa dona, quæ per uerbum Messiae & bap-
tismum accepérat. Certa igitur & immota est
hēc sententia, Qui facit peccatum, ex Diabolo
est

est, i. Ioan. 3. Quia peccatum non Deo, sed ho-
mini & Diabolo tribuendum est.

Sed discernenda tamen sunt peccata renato-
rum regnantia & non regnantia. Nam sancti &
reluctantur quotidianis imbecillitatibus suis per
Spiritum sanctum, & iuxta Christi institutio-
nem assidue precantur; Dimitte nobis debita no-
stra, nec dubium est, quin ex ingenti misericor-
dia Deus istas infirmitates clementer tegat, sicut
inquit Paulus, Nulla nunc est damnatio his, qui
sunt in Christo Iesu, Rom. 8.

Deinde reuertentes uera ad Deum conuer-
sione iterum recipi, & dona eis restitui, non est
dubium, ut docet exemplum Davidis, Manassis
& aliorum. Neq; uero hic opus est noua per
baptismum regeneratione, ut Anabaptistæ som-
niant, sed conuersione ad Deum, sicut uerbum
Dei docet.

Quantum uero donorum in renato, lapso in
peccatum, & excuso spiritu Sancto, adhuc re-
maneat, cum renati labentes non sint pares,
indagare ut non necesse, ita etiam difficile est.

III.

QVID DIFFERANT CONVER-
sio ad Deum, & Regeneratio,
& alia quædam.

Regenerationem complecti in se conuersio

184 Dona regen, effundi poss,

nem ad Deum, non est dubium. Necesse enim est adultos agnoscere peccata sua, & credere in Christum, sicut Iohannes exigebat confessionem peccatorum ab ijs, quos baptisabat. Impenitentes enim non admittet promiscue inexploratos, ne sanctum daret canibus, ut Christus loquitur. Et habet regeneratio non tantum uerbum, sed etiam Sacramentum externum, quod conuersio alioqui non habet. Item. Actus regenerationis per baptismum, tantum semel est preceptus. Conuersio sepe est iteranda, & quasi perpetuo in hac uita continuanda. Ita etiam regeneratione in se continet iustificationem hominis coram Deo, & habet uerbum & Sacra menta, cum alias iustificatio etiam extra baptismum suo quodam uerbo diuino constet.

Deniq; Regeneratio & renouatio differunt tanquam causa & effectus, & hac ratione renouatio per omnem uitam renati crescit, licet interdum & uocabulum renouationis, pro regeneratione generaliter uideatur usurpari.

DE HOMINE RENATO.

Qualis igitur nunc ex illa mirabili ac diuina regeneratione in Ecclesia Dei prodierit homo, explicandum nobis quantum quidem Deus dederit, uenit. Non enim immerito Nova creatura
in sa-

in sacris literis appellatur. Prodest autem hæc doctrina, ut miranda Dei opera in recipiendis & reparandis hominibus consideremus, ac protantis beneficijs gratias agamus, ut uideamus, quantum sit discrimen inter Ecclesiam Dei, & alias profanas gentes, ut intelligamus quāta adhuc in renatis seu sanctis sit fragilitas, quantisq; periculis propter remanentem labem peccati, & Diaboli contra ipsos furorem, sint expositi, ut excitentur timor Dei, fides, dilectio Dei, invocatio petens gubernationem & protectionem perpetuam, cura in regendis moribus, desiderium & expectatio uitæ æternæ. Non enim abs re dixit Apostolus, nos tantarū rerum thesaurum in testaceis uasis gestare. 2. Corint. 4.

Sicuti autem in cæteris partibus, ita hic etiā monemus, hanc doctrinam tantum ex uerbo Dei reuelato, & exemplis eorum, qui fuerunt uera Ecclesiæ germana membra, petendam esse. Nam ethnici & alijs profani homines, audientes hanc suauissimam doctrinam de regeneratione spirituali & homine renato, putant sibi mera paradoxa, imò inania somnia obtirudi, quæ omni iure repudiare liceat, imò debeat. Sequemur autem usitatum ordinem in explicatione huius quot; loci, ut omnia ueluti in tabula rectius & illustrius conspicì, & facilius disci queant.

SERIES PARTIVM
in hoc loco

- 1 An sint homines renati in terris.
- 2 De uocabulis.
- 3 Quid sit homo renatus.
- 4 Quottuplex.
- 5 Vnde sit talis.
- 6 De præcipuis renati partibus, ex quibus constat.
- 7 Qualis sit homo renatus, seu de proprietatibus eius.
- 8 De fine & effectibus renati.
- 9 De compositis quibusdam.

I.

AN SINT RENATI HO-
mines in hoc mundo.

Esse aliquos renatos in hoc mundo, haec testatur. Primum institutio Christi, qua iubet non tantum annunciarri uerbum suum cunctis gentibus, sed etiam conferri Sacraenta quedam, uerbo suo adiuncta, Matth. 8. Marci 16. Ioan. 3. Haec institutio non est frustra facta. Sicuti enim Deus uerbum semper uult extare in mundo, & efficax est per illud, ita etiam uult regenerationem per ministerium uerbi & sacramentorum fieri.

Secundo,

Secundò, sicut credimus Ecclesiam sanctam Catholicam, ita firmiter statuendum est, Ecclesiam absq; renatis esse non posse.

Tertio, perspicua testimonia passim de renatis extant, ut, Renati non ex semine corruptibili. 1. Petri. 1. In Christo sumus noua creatura 2. Corin. 5.

Quartò, semper Deus illusteribus miraculis, & diuinis beneficijs declarauit, se habere alii quos in mundo, sibi placentes, quos iam renatos appellamus, quamvis interdum quidā deficiunt, ac praeclare inquit Moses, Non est alia gens, quæ habeat Deum tam appropinquantem sibi, quam Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris, Deut. 4.

Quinto, opera excellentia primæ et secundæ tabulæ, tum docentium in Ecclesia Dei, tum auditorum omnium conditionum testantur, esse aliquos renatos. Nam caro et sanguis talia opera non gignerent, Matth. 16. Gala. 5.

Sexto, idem docet promissiones uite æternæ, quæ omnibus baptisatis & credentibus in Christum, uerbo, Sacramentis, & inhabitacione Spiritus sancti confirmantur. Marci. 16. Roma. 5.

CONTRARIA.

Ethnicismus, negans ullos homines denuo natos, in hoc mundo reperiiri, id quod etiam Turci & Indœi assuerant.

II.

DE VOCABVLIS.

Renatus dicitur quadam similitudine carnalis nativitatis. Sicut enim, ut supra etiam diximus, ex patre & matre carnalibus nascimur peccatores damni, ita ex matre spirituali & patre omnipotente, nascimur iusti & æterna uita doniamur, Ioan. 3. 1 Petri. 1. Item Ioan. 1. ex Deo nati, & ex Deo existentes. Ioan. 8. Qui ex Deo est, uerbum Dei audit.

Noua creatura 2. Cor. 5. In Christo Iesu noua creatura, Et Gal. 6. In Christo Iesu neq; circumcisio aliquid ualeat, neq; præputium, sed noua creatura, idq; de formali & finali intelligendum. Sumus enim iusti per Christum, & noui fructus iam proferuntur.

Nouus homo Ephes. 4. Col. 3.

Populus Dei Deut. 7. Te elegit Dominus, ut sis ei populus peculiaris. Nam Deus istum cætum sibi de legit & sanctificauit, licet multi subinde deficerent.

Spiritualis, Gala. 6. Vos qui spirituales estis, talem instaurate mansueto spiritu. Item, 1. Cor. 2. Spiritualis omnia dijudicat. Dicitur autem spiritualis propter inhabitantem Spiritum sanctum, & propter spirituales motus, accensos à spiritu sancto, deniq; propter spiritualem regeneratio-

enerationem in regno spirituali, distincto à mun-
danis. Ita etiam simpliciter spiritus appellatur,
ut Ioan. 3. Quod natum est de spiritu, spiritus
est. Item Tempa spiritus sancti, 1 Corint. 3.

Beatus dominus aeterno*r* ioan. 16. 1. Thess. 4. Quia
articuli fidei tantum ex uerbo Dei per spiritum
sanctum discuntur.

Credentes seu fideles Mar. 9. omnia possibi-
lia sunt credenti, 1. Timo. 4. exemplum esto fi-
delium.

Iusti psal. 92. Iustus ut palma florebit. Oſc. e.
14. Rectae uiae Domini, & iusti ambulant in ea.
Abacuc. 2. Iustus fide sua uiuet. 1. Timo 1. iusto
non est lex posita. Omnes enim non renati & non
accepti in gratiam, sunt iniusti.

Sancti psal. 68 Mirabilis Deus in sanctis suis.
Dicuntur autem sancti tum propter imputatio-
nem iusticie, tum propter inchoatam obedien-
tiam.

Fili*y* Dei Ioan. 1. Gala 4. Fili*y* regni, Matth.
13 Fili*y* lucis, Luc*a* 16. Fili*y* promissionis Rom. 9.

Liberi, Ioan. 8. Si uos filius liberauerit, uere
liberi eritis, scilicet ab execratione legis, & ira
Dei, & à morte & damnatione æterna, Non à
nouitate uitæ, omnino non præstanda, ut furiosi
quidam Anabaptistæ docuerunt.

Discipuli Christi Ioan. 8. Si manseritis in sermone meo, uerè discipuli mei estis.

Oves Christi Ioan. 10: Oves meæ uocem meam audiunt.

Electi Matth. 22. 24. quos Paulus Roma. 8. & alias uocatos appellat. Signati servi Dei, A= poca. 17. Vasa misericordie Roma. 9.

Membra Christi, 1. Corin. 6. quia Christus est caput nostrum, & inde habemus gubernationem & omnia bona.

Amici, fratres Christi Ioan. 15. 20.

Cives sanctorum & domestici Dei. Ephes. 2. Coheredes Christi Rom. 8. Nam in hac etiâ uita regnum spirituale habet Christus in mundo, sequetur autem æternum.

Arbor bona. Matth 7. Sal terra, Lucerna in candelabro lucens Matth. 5.

Benedicti pairis celestis Matth 25. impii uero & hypocrite, maledicti ibidem uocantur.

Coniungit Petrus aliquot appellationes 1. Pe= tri. 2. Vos estis inquit genus electum, regale sa= cerdotium, gens sancta, populus peculiaris, ut uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum.

CONTRARIA

Hæc uocabula gentibus nō conuersis, Iudeis, aut alijs tribuere,

III.

QVID SIT.

Homo renatus est homo, ab ipso Deo per Verbum & Sacramenta sua mediate regeneratur, habens remissionem peccatorum per Christum, & imputatiuam iusticiam, qua coram Deo acceptus est, & in quo caput insaurari per Spiritum sanctum imago Dei, & per eundem aliquæ uires restitui incipiunt, ad inchoandam aliquam saltem obediëtiam, fide in Christum placentem, estq; renatus heres uitæ æternæ. Fons huius definitioñis sunt uerba Chrsli Ioan. 3. Renatus ex aqua & spiritu introibit in regnum cælorum. Loquitur autem de perseverantibus, & non iterum excutientibus Dei dona. Item 1. Ioan. 5. Qui natus est ex Deo, non peccat, sed genitus ex Deo custodit se, & malignus non tangit eum. Docet enim renatos habere iusticiam per Christum, & non indulgere peccatis, sed agere penitentiam, & orare, Dimitte nobis debita nostra.

CONTRARIA.

False descriptiones, plus uel minus iustò, homini renato uendicantes.

III.

QVOTTVPLEX.

Renati duplices sunt, alij infirmi, alij perfacliores. 1. Corin. 2. ait Paulus, Sapientiam loqui-

mur inter perfectos. Roma. 14. Infirmum in fidē
fuscidite, & additur ratio grauiſſima. Deus e-
nim eum ſuſcepit, Rom. 15. Debemus nos firmio-
res imbecillitatem infirmorum ſuſtinere. Eſi autē
omnes ſunt pares in iuſticia, quae eis imputatur
gratis à Christo, tamen in reliquis donis nouita-
tis eſt diſcriſmen, aliud alio habet maiora noui-
tatis dona, idq; pro Dei misericordia & iuſtiſia
mo eius iudicio, 1 Corint. 12.

Item aliū renati ſunt perſeuerantes, Qui po-
tentia Dei per fidem cuſtodiuntur ad ſalutem, ut
inquit Petrus 1. epiftola 1. cap. idq; ex ingenti
Dei misericordia, & hi appellantur sancti pro-
prietē, quia & imputatione iuſti ſunt fide in Chri-
ſtum, & Spiritus sanctus dona auget, & exer-
citia noſe uite retinet. Aliū uero ſunt deficien-
tes & excutientes dona Dei in regeneratione
accepta, peccatis contra conſcientiam & imp̄
nitentia. Nam immota eſt ſententia, Qui facit
peccatum ex Diabolo eſt, 1. Ioan. 3. Christus in
typo uocat eos ſemen flaccescens in petris, aut
ſuffocatum in ſpinis huius mundi, Matth 13. Pe-
trus uero canes reuertentes ad uomitum, & ſues
redeuentes ad uolutabrum cāni 2. Petri 2. In ſcri-
ptis Prophetarū uocātur fornicatores. Ierem. 3
Reuertere auersatrix Israel. Horum autem ali-
qui uera conuerſione redeunt ad Deum, & prio-
ribus

*vibus bonis rursus potiuntur, alij uero perdu-
rant in pertinacia & impoenitentia, cumulantes
sibi iram in die ire, Roma. 2.*

CONT RARIA.

*Gnosticorum error de perfectione tali, qua
excluduntur infirmi ex Ecclesia.*

*Anabaptistarum furor, Renatos non posse
labi, & effundere dona accepta, contra testi-
monia & exempla scripture sanctae.*

V.

VN DE SIT HOMO
renatus

*Non habet regenerationem suam homo renata-
tus ex parentibus suis naturaliter, neq; ex sua in-
dustria, disciplina seu proprijs uiribus, Sed ex
Deo omnipotenti & misericorde, sicut Ioan. 1.
scriptum est, Qui non ex sanguinibus, neq; ex
uoluntate carnis, Sed ex Deo nati sunt. Ex hoc
autem loco luce meridiana clarissimus est, Quicquid
homo renatus habet, id nequaquam ex veteri Adae-
mo accipi, sed ex Dei dono, & gratuita collatioe.*

*Media uero sunt, uerbū & baptismus, Ioan. 3.
Matth. 18.*

*Et sicut initio Deus hominem regenerat, ita
quocunq; necesse est eum nos perpetuo gubernare,
souere, conseruare, p[ro]movere ut mater infantulum
& editum subinde lauare, gestare, lactare & enu-*

trire cogitur, sicut dulcissime promissiones ten-
stantur, id facere Deum, ut Isa. 46. Portami-
vi in meo utero usq; ad senectam, & usq; ad canos
ego portabo, ego feci, ego feram, ego portabo
& saluabo. Ioan. 10. Nemo rapiet oves de manu
mea, 1. Corinth. 1. Confirmabit uos usq; ad finem,
2. Corinth. 1. Qui confirmat nos uobis cum in
Christum, & qui unxit nos, Deus est, qui signa-
uit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus
nostris.

Spiritus sanctus autem peculiaris est rector
Ecclesiae Dei, & hospes in cordibus fidelium,
Ioan. 16. 20. Non tamen excluduntur reliqua
diuinitatis personæ, ut docet Christus, Ioan. 14.

Sed ista supra in loco de regeneratione tra-
ctauimus, quæ hic in memoriam reuocanda &
attente consideranda sunt.

CONTRARIA

Papistica doctrina de merito congrui, cum
tamen certum sit, arborem malam non nisi ma-
los fructus gignere posse, Matth. 7.

sacramentiorū opinio, de quo nunc aliquo-
ties diximus, q. liberi Christianorū, etiā ante rege-
nationem seu baptismum, ita pertineant ad
Ecclesiam Dei, ut habeant eius gratiam, contra
Paulum Ephes. 2. Eramus natura filii iræ.

Stenckfeldismus, tollens media, quibus homo
ista

ista amplissima dona accipit. Contra Paulum,
Rom. 10. Quomodo credent, quem non audie-
runt? quomodo uero audient sine prædicante?

VI.

DE PRÆCIPVIS RENATI
partibus, ex quibus constat.

Duas præcipuas partes sacra scriptura tribuit homini renato. Primum carnem Synecdochice, nimirum ut complectatur etiam animam. Nam caro sæpe pro integro homine accipitur, ut Caro concupiscit aduersus Spiritum, Gala. 5. Hic enim anima uel potissimum cōprehenditur, quæ contra Spiritum luctatur. Deinde uero etiam spiritum, quo uocabulo renouata uires per spiritum sanctum plerumq; intelligit scriptura, licet interdum hec vox pro ipso quoq; spiritu sancto, duce & rectore renatorum accipiatur, uerum ea testimonia iam non cōmemorabimus. Sic Paulus inquit Gala. 5. Spiritus aduersus carnem. Hec enim sibi iniucem aduersantur, ut non quæcunq; uultis, faciatis. item, 1. Thessa. 5. Ipse Deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer uester spiritus & anima et corpus, irreprehensi biliter in aduentu Domini nostri Iesu Christi cō seruentur. Hic primum nominantur anima & corpus, quæ alijs carnē appellat Paulus, Deinde spiritus, tanquam altera pars constituen^t hominem renatum.

Ac necesse est istas nouas ac spirituales uires, que donantur in regeneratione ac restauracione quadam imaginis diuinæ, à Spiritu sancti essentia discernere, quæ nequaquam est pars substantialis hominis, sed est hospes, sua quadam dona hominibus inspirans aut tribuens, & non essentialiam suam communicans. Talis enim communio essentialis, tantum est in personis divinitatis, ut alio loco diximus. Sic Maria inquit, Exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo. Spiritum autem uocat spirituales uires, à Spiritu sancto accensas & donatas, fulgentes in mente, uoluntate, & corde. Et pulchre discernit Christus spiritum sanctum, à spiritu renati hominis, per spiritum tamens sanctum donato, Ioan. 3. Quod natum est ex Spiritu, spiritus est, Ergo ipsemet Christus testatur, illud quod in regeneratione per spiritum sanctum accepimus, esse spiritum, id est, spirituales in homine uires & facultates, ad res spirituales & diuinæ aliquomodo cognoscendas & expediendas. Et Paulus ait Rom. 8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod simus filii Dei. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ. Hic quasi sedem spiritualium illarum uirium, quæ in regeneratione Deus clementer impertit, Apostolus monstrat. Hinc etiam renatus spiritualis dicitur, 1. Cor. 2. 3. Galat. 6.

tunc

tum à causa efficienti, tum etiam ab hac parte,
quod spirituales vires in eo accensæ sunt, quas
prius ex ueteri nativitate non habebat.

Eodem spectat, quod renatus, quasi ex duobus hominibus adhuc in hac uita constat, nempe ex ueteri & nouo, Ephes. 4. Colos. 3. Seu ex interiori & exteriori Roma 7. idq; propter reliquias peccatorum in natura sua, & propter regenerationem ac innovationem per Spiritum sanctum. Vetus alias caro, Spiritus uero nouus homo appellatur. Etsi enim cœpit ex uetus homo in regeneratione, et mutari nonnihil, tamen nondum penitus est sublatuſ, idq; propter peccatum inherens in eo, usq; ad mortem, ut dixi, Paulus inquit, Habemus theſaurum istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei, & non ex nobis, 2. Corinth. 4.

CONTRARIA.

Aſſeuſare, prorsus excindi peccatum ex natura hominis, & ita nihil de ueteri homine in renatis esse residuum.

Dicere, & eſſentiam diuinam hominibus communicari, unde necesse eſſet ipſos eſſentia-liter Deos fieri, id quod eſt impoſſibile.

QVALIS SIT HOMO RENATUS, & de proprietatibus eius.

*Quae in effectibus regenerationis dicta sunt, bu*c* iam transeunt. Qualis enim homo ex matre illa spirituali, & patre cœlesti prodijt, talis nunc hic consistit, & dignitate sua excellit, nisi quod renouatio subinde maiora augmenta accipit, uel etiam interdum dona in regeneratione accepta rursum amittuntur. Sed ista paulo planius & simplicius, ut intelligi etiam à rudioribus possint, nostro more exponemus.*

Summa rei est, corpus & anima manent quidem in homine renato, sed tamen aliquas uires restitutas aliquo modo et renouatas habent. Aliqua enim ex parte imago Dei in renato restauratur. Id uero quomodo se habeat, quantum uerbum Dei nobis suppeditat, uidendum est. Nam philosophorum doctrina de tantis rebus nihil prorsus sugerere potest. Igitur non licet hic sapientiam rationis humanae sequi.

DE IVSTICIA RENATORVM,
qua coram Deo iusti & accepti sunt.

Primum, loco istius pulcherrime & absolu-
tiſſime

tissimæ iusticiæ, quā in tota sua substantia, viribus
& actionibus omnibus habere debebant homines, si
manserent in integratōe, qua conditi sunt Adam
& Eva, Deus ex ingenti misericordia propter
Christi meritum, donati iusticiam imputauitam,
hoc est transscribit in nos integrām legis persolu-
tionem & obedientiam, quam Christus proge-
nere humano, ex mirabili & clementissimo Dei
decreto, peperit, sicut inquit Paulus, Roma. 4.
Hec est hominis beatitudo, quod Deus ei impu-
tat iusticiam sine operibus. Beati quorum re-
misiæ sunt iniquitates, & quorum testa sunt pec-
ata. Beatus uir, cui non imputauit Dominus
peccatum. Item traditus est propter delicta no-
stræ, & resurrexit propter iustificationem no-
stri. Idem Roma. 8. 10. & alibi explicat. Hac
iusticia tota persona hominis coram Deo iusta
reputatur ac pronunciatur, nō aliter, ac si ipsa-
met prorsus esset pura, & omnia quæ lege exi-
guntur, exable persoluisset. Tali iusticia fulget
publicanus iustificatus, ut testatur filius Dei, do-
num ex templo reuertens, Lucae. 18.

Ad hanc summum & excellentissimum orna-
tum hominis renati, pertinet libertas à legis ma-
ledictione. Nam integra legis obedientia homo
renatus uestitus est à Christo. Ideo tantopere
Paulus triumphat, & insultat legi, Roma. 5. 6.

1. Corin. 15. & passim alibi, & disertè pronuntiat, tali ratione iustos, non esse sub lege, sed sub gratia.

Quæ autem fuerit necessitas, quòd tali iustitia imputatiua ac mutuaticia, à solo tamen Christo in nos translata, fuerimus ornandi, alias dicuntur, nempe quòd nostræ carni impossibile erat eam assequi, & Deus sponte decreuerit eiusmodi iusticiam nobis, non per angelum, non per excellentem virum in mundo, sed per filium suum factū hominem, parare, ut præclare docet Paulus, Rom. 8. Quod impossibile erat legi (eo quod infirmabatur per carnem) Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis.

Sicuti igitur Adam integer ante lapsum habebat iusticiam simul in sua substantia creatam, & actiones eius omnes fuissent impletio legis, qua Deus fuisset paternè delectatus: ita nunc renati habent iusticiam imputatiuam seu legis obedientiam integrā, sibi donatam à Christo. Hanc misericordiam Dei, hæc è pietate nulla mens humana satis laudibus dignis in æternum uehere & extollere potest. Hic est ille uberrimus fons nostræ consolationis, nostræ gloriacionis, & aeternæ salutis.

DE

D E R E S T A V R A T I O N E E T
renouatione quarundam uiri-
um in homine

Non solum autem iusticia illa, per sanguinem Christi parta, in nos transfertur, mirabili & per petuò celebrada Dei misericordia, sed simul etià in Regeneratione fit quædam restauratio & innouatio uirii in homine, ex quibus actiones postea emanant. Hæc autem renouatio, nequaquam est iusticia illa, qua uel legem Dei implere, uel coram Deo iusti pronunciari, ac remissionē peccatorum consequi possemus, sed est fructus iustitiae imputatiæ, licet etiam suo quodam modo datur iustitia. Sicut Paulus Philip. 3. inquit, Ut inueniar in illo, non habens meam iusticiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iusticia per fidem. Sed primū de ipsis uiribus, postea de fructibus, siue de actionibus & operibus renatorum.

D E M E N T E RE-
N A T A

In mente hominis renati, uires quasdam per spiritum sanctum restitui, seu lucem quandam accèdi in rebus spiritualibus ac diuinis, ex uerbo Dei manifestum est. Nam Ephe. 4. inquit Paulus, Renouari spiritu mentis nostræ. Et Colos. 3. Renouari nouum hominem in agnitione Dei. Et 2.

Corin. 3. Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformatiur, à claritate in claritate, tanquam à Domini spiritu. Redditur igitur in mente aliqua facultas, res istas sublimes Dei aliquo modo intellegendi. Sic Christus ait: Spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatē Ioan. 16. Item Ephes. 1. inquit Apostolus, Memoriam uestri facio in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater glorie, det uobis spiritum sapientiae & reuelationis ad agnitionem eius, & illuminatos oculos mentis uestrae, ut sciatis, que sit spes uocationis eius, & quae diuitie gloriae hereditatis eius in sanctos.

Ad hanc restitutionem pertinet, lux discendi ueram doctrinam Dei, iuxta normam sacrarum literarum, à præstigijs Diaboli & impostorum. Nam uarijs fucis in religione errores omnibus etatibus pinguntur, quibus plurimi fascinantur & decipiuntur.

Sed cæcitas & caligo naturaliter hominibus inherens, nō penitus tamē ex mente Renati tollitur. Causa est, quia nō fit in hac regeneratione, integræ hominis restauratio in anima & corpore, Sed inchoata tantum in hac uita. Manet igitur morbus peccati originalis etiam post acceptam hanc spiritualem regenerationem. Mancet uetus

net uetus natura seu homo , etiam si aliqua ex parte exiit & mortificari cœpit . sic Paulus ait 1. Corin. 13. Ex parte cognoscimus , & ex parte prophetamus . Cum autē uenerit , quod perfectum est , euacuabitur quod ex parte est . Item , uide- mus nunc perspeculum in enigmate , tunc autem facie ad faciem . Nunc cognosco ex parte , tunc autem cognoscam , sicut & cognitus sum .

Inde sit , quod caligines de Deo & rebus spiritalibus seu diuinis , nō notis natura , subinde abhuc plurimū negotijs faciant homini renato , ita ut tenebrae & lux in mente , in hac uita semper bellum inter se gerant , ut Paulus grauiissime docet Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum . Spiritus autem aduersus carnem . Hæc sibi intui- cem aduersantur . Imò interdum tenebrae mentis , si non cōseruet & adsit spiritus sanctus perpe- tuus rex & gubernator , obruunt & oppri- munt lucē accensam , uel crassa quadā securitate , uel nimia philosophiae & rationis humanae ad- miratione & ueneratione , ut Aaron , Salomon , Ieroboam , stupenda quadam securitate , lucem de Deo amittentes , colunt idola . Arius , Papia- sta , Sacramentarij , nimio amore philoso- phiae , ueritate celesti relicta , gignunt noua dogmata . Nam principia philosophica , hoc est , rationi humanae nota , intempestivè ad articulos

fidei, & res diuinitus reuelatas accommodant. Papistæ habent hoc principium, ex media phis loſophia de promptum, ſine uirtutibus aut bonis actionibus hominis, non potest exiſtere iuſticia, quia iuſticia eſt obedientia erga leges. Ergo decernunt, bona opera noſtra eſſe ad ſalutem neceſſaria. Sic dementantur Sacramētarij hoc phis loſophico Principio, Corpus finitum non potest in pluribus locis ſimul exiſtere. Hoc principium in philoſophia immotum eſt. Sed in rebus diuinis, & à Deo reuelatis, alia res eſt. In cœna ſacra filius Dei inquit, Hoc eſt corpus meum, & qui dem illud iipſum eſt, quod pro uobis traditur. Quis hæc pronunciat? Deus omnipotens, Deus ueracissimus, & mentiri neſciens, Ergo ualeat rationis principium, & ſit principium ex cœlis allatum, Quidquid Deus loquitur, hoc potest etiam präſtare & präſtat.

Non igitur miremur primum, quòd in Renatis tanta fit mentis imbecillitas, Deinde quòd etiam präſtatiſimi uiri in Ecclesia Dei interdum tam craſe impingant & hallucinentur. Causa eſt, primum morbus peccati originis, qui in renatibus adhuc eſt residuus, licet remiſſus & condonatus ſit per Christum, & incipiat emendari. Deinde inſidia, furor, potentia Diaboli aduersa miseros homines, qui nondum eſt in infernum penitus

penitus detrusus, & propter remanēs peccatum plurimū erga hoīes potest, nisi ei Deus resistat.

Porrò lux in spiritualibus, fulgens in Renato, etiam carnalium rerum iudicium gubernat. Renatus enim mens externa omnia discernit, & ad bonum finem dirigit, quā si ea luce diuina careret.

DE VOLVNTATE
RENATA

Sicuti mens primitias quasdam restitutionis & renouationis sue in hac uita à Deo in Regeneratione accipit, ita etiam Voluntas recipit eiusdem Dei gratuito beneficio, aliquam facultatem aliquo modo res diuinas & spirituales apprehendendi, eis assentiendi, et eas expediendi, quā quidem promptitudinē & facultatem ante regenerationem non habebat. Sicut luculent exponit Paulus Philip. 2. DEVS est, qui operatur in Vobis, & VELLE & PERFICERE pro beneplacito. Et Roma. 7. clare inquit, VELLE in rebus diuinis habere, tanquam hominē spiritualem, & delectari lege diuina. Sic ipse Deus uoluntatē Saulis immutat, ut assentiretur vocanti Christo, & sequeretur eum, quem paulo ante abhorrebat & persequebatur.

Sed non sit in hac uita totalis restitutio uoluntatis humanae, Manent enim sordes peccati origi-

nis, remi si quidem per Christum, uerum nos extirpati funditus ex natura hominis. Deinde nondū præcipitatus est Satan in infernum. Itaq; primū maxima est imbecillitas uoluntatis, etiam in renatis, nisi Deus peculiariter subinde erigat, corroboret, conseruet, sicut in confessionibus, afflictionibus & morte piorum cernitur. Præterea sëpe & propria malicia, quæ in uoluntate non raro in hac uita ebullire conatur, & Diabolii mirabili astucia & potëtia contra homines, uoluntas impeditur, deformatur, euertitur. Hanc imbecillitatem, hanc maliciam uoluntatis suæ, tenacissimè adhaerentem, & hæc ingentia pericula, Renati in seje, dum hunc præsentem mundum incolunt, depræhendunt, deplorant, & uota ad Deum non modo de propicia gubernatione fidei ac perpetua conseruatione faciunt, uerum etiam ardentibus gemitibus orant, ut tandem ab hac mala carne liberati, in æternam uitam iuxta promissiones traducantur. Sic Paulus Roma. 7. inquit, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo bonum hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, hoc facio, non iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem, uolenti mihi facere bonum, quod mihi nullum adsit. Con-

delector

delector enim legi Dei secundum interiorē hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis liberabit me de corpore mortis huius? Gratias ago Deo per Iesum Christū Domīnum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Ista narratio Paulus primum docet, se habere quidem aliquod bonū uelle à spiritu sancto excitatum, sed ueterem suum Adamum nondum penitus sublatum, semper recalcitrare, & malis fructibus crumpere. Ostendit deinde, quis nouitatem huius uitæ, & liberationē universam in altera largiatur, nempe Iesus Christus.

Mirum tamen robur in quibusdam fufit, qui in medijs tormentis & supplicijs eandē excellētiam & fortitudinē fidei & confessionis retinuerunt, id quod est peculiare opus spiritus sancti, qui ab hoc officio paracletus uocatur, & dulcissima uox in 1. Corin. 10. extat. Fidelis est Deus, qui non patietur uos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione esse nūc ut possitis sustinere. Omnibus autem p̄ys adesse in eiusmodi agonibus, & robur fidei benignè suppeditat, etiam si alii alio maiora dona habent.

Ad externas porrò res quatenus quidem cum
Deo & honestate coniuncte sunt non est dubium,
uoluntatē in renatis multo promptiore ē ē &
instructiorē, quam in non renatis. Habet enim re-
natus lucem uerbi diuini in mente praelucenē, et
uoluntas res diuinās incipiens amplecti & pro-
sequi, in externis quoq; rectius assentitur & eas
expedit. Magnum decus in Scipione est, quod
abstinet à sponsa alterius, sed tamen est sine luce
ueri Dei, uoluntas etiā ad res diuinās est inepta;
imò ad idolatrias fertur, ac tantum spectat ex-
ternam honestatem, ne fœda turpitudine sese
polluat. At in Iosepho, detrectante illicitum con-
cubitum cum uxore Domini sui, longè excellen-
tior uirtus emicat. Habet enim ueri Dei cogni-
tionem, & uoluntatem renatam, qua etiam hæc
externa melius exequitur, habet rectorem Spi-
ritum sanctum, & metuit Deum, cuius gloriam
ueretur dedecorare, & statuit sese etiam in pe-
riculo conseruatum iri à Deo.

Est tamen etiam in renatis maxima differen-
tia in rebus externis, aliis alio uirtutibus, disci-
plina, exercitijs præstat.

Præterea magna multorum est imbecillitas.
Sepe etiam externis uicijs p̄ij horribiliter de-
formantur, causa est, quia peccatum in natura
renatorum, quod nequaquam leue aut ociosum
malum

malum est, manet. Deinde Diabolus pios maxime infestat, neq; ab ipsius conspurcationibus quisquam immunis est, quantacunq; sapientia & pietate excellat. Inde sunt tot horribiles lapsus, etiam optimorum & præstantissimorum hominum in Ecclesia Dei, in externa uita. Loth ebrietate & incestu se polluit, David adulterium committit, Heli indulgentia liberorum peccat, &c. Alij spinis huius mundi omnino suffocantur, alijs eluctantur.

Hanc igitur infirmitatem pios decet agnoscere, & quotidie precari, ut Deus nostros pedes in hac lubrica mundi uia clementer gubernet, nam in teta peccata incidamus, uel etiam in ijs perireamus.

DE CORDE RENATO.

Nouitas cordis talis est, ut incipient in eo aliqui motus aliquo modo cum Decalogo congruentes flagrare, atq; inchoatur non tantum harmonia quedam affectuum in corde, uerum etiam aliquis consensus mentis, uoluntatis & cordis. Et concipit ex Spiritu sancto, non ex se cor aliquem igniculum timoris Dei filialis, dilectionis Dei & rerum diuinarum, odij aduersus peccatum, patientiae in afflictionibus, &c. Incipit renatus aliquo modo frenare impetus suos, incipit



pit aliqua ordinata dilectio proximi, uxoris, liberorum, dicitarum honorum, &c.

Sed nondum hoc sit, quod in lege dicuntur, Diligas Dominum Deum tuum ex TOTO corde tuo, et proximum sicut te ipsum. Nam ista legis integra obseruatio, integræ naturæ, seu glorificationi in æterna uita conuenit.

Manet igitur in corde renatorum non modo infirmitas magna, ut, quod omnes sancti in se se non leue frigus, non exiguum tarditatem in bonis motibus experiuntur, sed sepe etiam uelut turbine quodam motu cordis confundantur, & pessimis quicquid preëminentur, ac cum dedecore crumpunt, ut sunt flammæ libidinis, cupiditas inuidiæ, odia, nimius uel preposterus metus uel amor rerum externarum, & temporalium. Multi hisce tempestatibus prorsus excutiuntur ex nauicula Christi, alij agrè ad portum in lacera cymba appellunt, id quod experientia omnibus etatibus declarat. Est igitur cor mirabile pelagus affectuum, varijs procellis & astibus obnoxium, quod nisi Spiritus Sanctus sedet & mitiget, perpetua & longè perniciosiora naufragia, quam in Scylla & Charybdi, quotidie in eo metuenda sunt. Fontes sunt, ut sepe diximus, peccatum originis, alte adhuc insidens cordi, & Diaboli insidia, furor, potentia aduersus miserios homines,

in hoc mundo existentes. Ideo David renatus orat, Cor mundum crea in me deus, & spiritum firmum innova in visceribus meis. sentiebat enim istos infanos cordis fractus in se, quibus uariè & cum periculo maximo iactabatur, & concutiebatur, nec poterat eis sine spiritu sancti praesidio resistere.

DE BONIS ACTIONIBVS
seu operibus renatorum.

Renatos inchoare per Spiritum sanctum nostrum obedientiam interiorem & exteriorem, Deo per Christum placentem, ex contione Christi manifestum est, qui inquit, facite prius arbore bonam, & fructus eius erit bonus, Matth. 12. Item arbor bona fractus bonos facit, mala autem arbor, malos fructus facit, Matth. 7. Efficiuntur autem boni regeneratione. Et Ioan. 15. inquit Christus, Ego sum uitus, uos palmites, Qui maneat in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Ergo tantum per regenerationem inseriti Christo, & boni effecti, bona opera prestare possunt. Et Paulus idem dilucide exponit, Ephes. 2. ipsius opus sumus, conditi per Christum Iesum in operibus bonis, quæ preparauit Deus, ut in eis ambulemus,

Cause igitur honorum operū in Renatis sunt, spiritus sanctus, uerbum Dei, uires in homine regeneratæ, ut in Ioseph uitante contaminatum thorū alieni, spiritus sanctus accendit metum Dei, ne offendat eum à quo summa beneficia accepit. Deinde habet in conspectu uerbum renatum, tertio quia renatus est, uerbo & spiritu sancto mouenti obtemperat.

Sed hæc opera renatorum, in hac uita nequaquam sunt integræ legis impletio, iuxta illam legis declarationem, Diligas Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, tota anima tua, & totis viribus tuis, & proximum tuum sicut te ipsum, sed sunt tantum quedam eius obedientiæ initia, etiam si longè excellentiora sint quam phariseorum. Causa est, quia peccati originalis morbus in natura renatorum adhuc superest, licet per Christum reatus cōdonatus sit. Itaq; renati iustitia operum suorum tanquam imperfecta, nequaquam coram Deo habent remissionem peccatorum & ius uite æterne, sed tantum iustitia imputatiua, à Christo in nos deriuata.

Deinde hoc solatiū habent renati, quod inchoata obedientia Deo placeat, quia persona fide in Christum reconciliata est, atq; ex fide hi fructus proueniunt. Præterea uult Deus hæc imperfecta opera etiam compensare in hac & altera uita

*ex ingenti misericordia, ut i. Tim. 4. scriptū est,
id quod alio loco copiosissimū declaratur.*

Adjiciendum insuper & hoc est, Diabolum
acerrimum Dei & omnium hominum, maximē
uerò piorum hostem, tum impedire uarijs modis
sanctorum opera, tum deformare, tum etiam im-
pellere eos non raro ad tetra scelera, qua de re
suprà quedam monuimus, & quotidiana exem-
pla in conspectu uersantur.

Est igitur proprietas hominis renati non po-
strema, in perpetuo timore Dei uiuere, sicut scri-
ptura hanc regulam s̄epe repetit, Initium sapi-
entiae timor Domini, hoc est, suas infirmitates &
pericula agnoscere. Si quis accidat lapsus, nō ex-
tenuare, sed cuestio p̄nitentiam agere, pro-
ficere in pietate, & delectari lege seu verbo Del
Psal. 1. Orare ut Deus nos custodiat, gubernet
& conseruet usq; ad finem. Summa cura & dili-
gentia peccatorū occasiones uitare, & cum car-
ne propria, Diabolo, & mundo pugnare, & fu-
gere malorū consortia, consilia, & machination-
es contra ueritatem, &c. Psal. 1. Idem Christus
monet, uigilate inquit & orate, ne intretis in tem-
tationē. Et Petrus ait: Sobrii estote & uigilate,
quia aduersarius uester Diabolus, tanquā leo ru-
giēs circumlit, querens quē deuoret. Scītes easdē
afflictiones in mundo accidere fratribus nestrīs,
1. Petri. 5.

DE VITA RENATORVM.

Non mox à regeneratione omnes in uitam
eternam transferuntur, sed peculiari Dei iudi-
cio pleriq; ad tempus in hoc mundo relinquuntur,
ubi sicut ex carne & spiritu constat Renati, ac
retinent labem originalem, ita etiam dupli-
quasi uita uiuent, newpè spirituali sive noua,
quaे reuera est inchoatio uitæ eternæ, sicut pri-
mitiæ restitutionis quarundam uirium, sunt ini-
tium integræ restitutionis, quaे in altera uita
subsequetur, Deinde etiam ueteri, animali, seu
naturali.

Secundo, hac de causa Renati peregrinantes
Junt in hoc mundo, ac molit evum suū in cœlis
habent, neq; apparuit in eis, quales futuri sint,
1. ioan. 3. Et obnoxij sunt uarijs æruminis & mi-
serijs, deniq; etiam morti. Nam si peccatum ex
natura hominis penitus abeset, mors in renatos
nihil prorsus iuris haberet. Tantum enim pcc-
ati stipendum mors est, Rom. 6.

Tertio, sicuti ius habent eternæ hereditatis,
ita etiam certò ex promissionibus Dei, & sigillis
gratiæ norunt & statuunt, sese lætissimam acce-
pturos esse ex mortuis resuscitationem & eter-
nam uitam.

Cause igitur cur Renati tam sint expositi ty-
rannidi mortis, quam non renati, sunc hæ-

1. Quia

1. Quia morbus seu uenenum peccati originis in ipsis manet.
2. Quia Deus uult atrocitatem peccatorum, & iudicium Dei aduersus eis, in conspectu uersari.
3. Quia Deus uult pios agnoscere Diaboli sui hostis potentiam & rabiem, ut auxilium à Deo ardentius petant.
4. Quia Deus uult exaggerare beneficium filij sui, & suam ipsum in nobis liberandis misericordiam & potentiam.
5. Quia Deus non uult quenquam suis operibus gloriari, quasi ipse posset obedientia legis integrata, uitam mereri in hoc mundo.
6. Quia Deus uult excitare & augere in renatis desiderium uitæ eternæ.
7. Quia Deus uult renatos conformes fieri imagini filij eius, & ut in huius uitæ ærumnis confessio extet, & crescant dona Dei.

Differentia autem Renatorum & impiorum est, quod aut non acceperunt impij regenerationem, aut defecerunt. Deinde quodlibet tamen secundum carnem, uita animali. De spirituali autem nihil habent.

Tertio, quod in ærumnis nihil habent solatij.

Quarto, quod sine cognitione Dei, & sive

fide, ac sine spe letæ resurrectionis uitam finiunt. Ideo dicit scriptura, mors peccatorū pessima, sed Renati norunt Deum, possunt orare, & flagrat eis in corde spes indubitata de iucunda resurrectione & uita beata, & reuera non tam moriuntur quam obdormiunt, ut inquit Christus Ioan. ii. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet, & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum, sed hac de re paulò post plura.

DE DOMINIO SUPER
animalia & de fertilitate
terræ.

Durat ista pœna in hac mortali uita, usq; ad interitum mundi, quod nō recuperatur ea dignitas, autoritas et dominatio super animalia bruta, que ante lapsum primis nostris parentibus fuit attributa. Vult enim Deus aliqua reatus signa nobis in conspectu uersari, ut magis Deum timemus. Benedicit tamen Deus domesticis animalibus propter Renatos sine dubio, ut magis fæliciter sanctis seruiant, quam alijs, quamvis ob suas quasdam causas etiam impios interdum finit rebus corporalibus abundare.

Sic etiam terra fecunditas non restituitur in hac uita renatis, sed tamen benedictione Domini abundare

abundē pascuntur omnes, sicut 34. psal. inquit,
Non est inopia timentibus eum.

DE CONIVGIO RE- NATORVM.

Manet etiam in Renatorum coniugijs signū illud reatus, quod in dolore eduntur liberi in hanc lucē, & omnes sunt natura filij irae, Ephes. 2. Sed adest tamen Deus pijs, et multas aerumnas coniugij mitigat. Conseruat etiā pacem & Halcyonia quædam, et saepe propter unum pium totis regnis beneficit, ut exempla Iosephi, Danielis, et aliorum testantur.

Habent & hanc prærogatiuam sancti, quod cum sint uera & uiua membra Ecclesie Dei, liberos mox ad lauacrum regenerationis adferre possint, ac certoscire, quod apud se plantas cœli soueant.

DE TYRANNID DIABOLI.

Non cessat Diaboli tyrannis ac furor contra Renatos in hac uita, quia peccatum in natura reliquum est, & uult Deus hostem generis humani agnoscere, ut gratius & maius sit beneficium Christi, & sint plura exercitia fidei & confessio- nis. Etsi enim princeps mundi iudicatus est, & frangitur eius potentia per Christum, tamen uondu[m] penitus ex hoc mundo amotus, & a san-

etis separatus est, id quod fiet in nouissim o die.
Cæterum de machinationibus, potentia & mæ-
licia Diaboli contra genus humanū, in doctrina
de angelis copiosius exponi solet.

DE EXILIO.

Postremo eist Christus nos reconciliat patri
cœlesti, ornat iusticia imputativa, & inchoat in
nobis quādam nouitatem, tamen in exilio huius
mundi necesse est nos manere, propter inhaerens
peccatum, donec resuscitati, in cœlestem æternæ
uite paradisum traducamur. Eam quoq; ob cau-
sam terrestris paradisus post lapsum deleta est,
ut sciamus illā alterā longè elegantiorē futuram.

CONTRARIA.

Nihil aut nimis parum tribuere homini Re-
nato. Sicut omnes gentes, Turci & Iudei irri-
dent Christianos, affirmantes in regeneratione
aliquam imaginis diuine restorationem incho-
ari. Sed quòd inchoetur & quatenus, ex uerbo
Dei hactenus utcunq; conati sumus indicare.

Nimis multum Renatis tribuere, ut quòd re-
natus posset Deo præstare, quod requirit, hoc est
le gem Dei implere, ut Papistæ cum Nouatianis
sомнiant, etiamsi alius alio magis eam sententiam
mitigare studet. Sed primiæ spiritus & pri-
miciæ uirium, nequaquam adserunt integrum
homines restituere, eamq; ob causam nec actio-
nes

nes possunt esse integræ, hoc est, legi diuina per
omnia sati facientes.

VII.

DE FINE ET EFFECTIBVS
renatorum.

Primū ut in hac uita Renati sciant, se habere
Deum reconciliatū ex ingenti misericordia per
meritum Christi, sicuti promissio[n]es diuinæ &
sigilla fidei confirmant, Roma. 4.8.

Secundo, ut in hac uita etiam sint temp[or]a Dei,
membra Christi, et ciues regni sui spiritualis, hoc
est uera Ecclesie in terris, in quibus Deus subim=
de dona sua adaugeat & cumulet, 102.14. 1.Cor.3
& ut spiritus aduersus carnem luctetur Gala. 5.
Vult enim Deus habere quandam cœtum etiā in
hoc mundo, à quo colatur, inuocetur, celebretur,
& nomen eius propagetur ad posteritatem.

Tertiò, ut sint qui certò sciant, se habitueros
esse perpetuam beatam uitam, post hanc morta=
lem & aerumnosam.

Quartò, ut in resurrectione audiant lētam
sententiam, & translati à Christo in cœlestem
uitam, in æternum Deo cum sanctis angelis ser=
uant.

Effectus renatorum sunt, inchoata obedientia
interior & exterior, secundum normam Deca=
logi, quæ quidem sit fide in Christum, sic inquit

220 Effectus renatorum.

Christus, Arbor bona, fert bonos fructus Matte. 7. Et bonus homo de thesauro cordis sui preferit bonum, Luce. 6. Item, Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Ioan. 15. Paulus ita explicat, Liberati a peccato, servi a morte facti Deo, babetis fructum uestrum in sanctificationem, Finem uero uitæ æternæ, Roma. 6. Pulchre autem fontem bonorum operum ostendit, nimirum regenerationem acceptam in baptismo, & clare inquit sanctificationem esse fructum. Vocat autem hic sanctificationem non tantum renovationem, sed etiam nouam obedientiam inde scaturientem. Deniq; ait uitam æternam esse metam illam extremam, quam renati consequentur. Item Roma. 8. uocat secundum Spiritū ambulare. Gala. 5. inquit, Fructus Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continencia. Item qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs.

In hac autem inchoatione nouæ obedientiae etiam ista requiruntur, nempe fugere & uitare falsos doctores, conuersationem aut collusionem cum falsa & hypocritica Ecclesia, Exire ab Antichristo, eiusq; notas non recipere, sicuti ea operaria uerbo Dei, non tanquam Adiaphorica, sed necessaria & pertinentia ad primam Decalogi tabulam

tabulam declarantur. Sed enumerationem bonorum operum, in doctrina de lege audimus.

Ad effectus renatorum pertinet, quod oratione sua impetrant plurima Dei beneficia, spiritalia & corporalia, sibi & aliis, Item confessionibus mandatis à Deo, turbant & destruunt regnum Diaboli, id quod exempla historiæ sacræ luculenter exponunt.

Deniq; sciendum est, et si noua obedientia renatorum sit præclara, & habeat sua præmia in hac & æterna perfecta uita iuxta promissionem diuinam, tamen perfecta non est in hac uita, ut sepe diximus, idq; propter peccatum originis, quod in natura humana manet, donec hac aura fruimur.

CONTRARIA.

Dubitatio papistica, an simus in gratia apud Deum, quæ quidem est fons desperationis.

Sadduceorum error, quod nulla sit alia uita post hanc.

Libertinorum furor, quod Renato libertas sit liberè patrandi omnia sclera, contra gravissimam Pauli sententiam Gala. 5. Vos in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni. Item Roma. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini. Huc pertinent & alijs, qui assertuerant esse Adiaphora

IX.

DE COMPOSITIS
quibusdam.

I.

AN RENATI POSSINT LABI
iterum in peccata, & effundere
dona Dei.

Supradicandam quæsitionem attigimus. Respon-
sio plana & uera est, posse renatos labi, & pec-
catis effundere dona accepta. Nam ipse Christus
inquit, uigilate & orate, ne intretis in tentatio-
nem. Et Matth. 12. dicit Satanam reuerti. Et
Paulus ait: Qui stat, uideat ne cadat.

Deinde, cum fons peccatorum nempe labes
originalis in renatis adhuc maneat, subinde
ebulliunt peccata, de quibus necesse est indeci-
nenter precari omnes pios, Dimitte nobis de-
bita nostra.

Tertio, idem declarant exempla præstantissi-
morum virorum, Saulis, Salomonis, Hymenæi,
Phileti, & aliorum. Sic 2. Petri 2. scriptum est,
postquam effugerant coimputationes mundi,
cognito Domino & saluato re Iesu Christo, hi
rursus implicati superantur, & facta sunt eis po-
steriora deteriora prioribus. Non dubium igitur
est:

est, peccatis contra conscientiam & impænitentia, ut diximus, effundi dona accepta. Locus tamen est rursum ueniae pententibus, iuxta dicta, viro ego, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur ac uiuat. Item, gaudium est angelis in cœlo super peccatore pœnitentiam agente.

Porro, manere in Renatis peccata quædam, exira omnem cōtrouerfiā est, nisi quis sacram scripturam & experientiam pertinaciter uelit negare. Sed quenam ea peccata sunt ambigitur. Summa rei est, Manet morbus peccati originalis, licet is per Christum sit condonatus, & per Spiritum sanctum incipiat aliquo medo expurgari. Deinde sunt ita sanctis multi fructus istius morbi, Sed quibus ipsi resistunt per Spiritum sanctum, & petunt ueniam per Christum, ac sciunt, nihil nūc damnationis esse in his, qui sunt in Christo Iesu. Sed ista & supra strinximus, & in loco de peccato explicantur.

II.

AN POSSIT RENATVS IN
hac uita perfectus fieri

Duo hic consideranda sunt. Iusticia imputans, & actiones, ex regeneratione ac iustificatione profuentes, que uocantur noua obedientia, seu iusticia operum.

Primiā autē perfectio Christianorum con-
sistit uerè in imputatione, plenæ & absolute
iusticie Christi, quam patiendo & obediendo
nobis in cruce peperit. Hac iusticia coram Deo
reuera & integrè iusticoram Deo pronuncia-
mūr, iuxta dictum, Christus est legis perfectio
ad iustificationē omni credenti. Hac igitur per-
fectione Renati seu sancti gloriantur, sicut le-
remi. 9. dicitur. Qui gloriatur in Domino glo-
rietur, hoc est, sciunt se coram Deo esse acce-
ptos, & bēredes uitæ æternae.

Deinde uero quod ad actiones, nouam obe-
dientiam, sen iusticiam operum attinet, scien-
dum est, quod nequaquam sumus perfecti in hac
uita. Nam opera sanctorum sunt imperfecta,
mutilata, sordida, quia ex lutulento fonte, nimi-
rum ueteri Adamo peccato originis adhuc im-
fecto & distento, promanant. Itaq; hæc iusticia
operū, quæ est effectus iusticie Christi seu fidei,
nequaquam est perfecta, nequaquam est iusticia,
qua coram Deo iusti reputemur, ac habeamus
uitam æternam. sic Esaias inquit, Vniuersæ iu-
sticie NOSTRÆ, pannus menstruatus. Quid
uero fædius dici potest. Sed placet tamen incho-
ata opera fide in Christum, & fiunt sacrificia
Deo grata, ut alias exponitur. Repudientur
igitur phariseorum, Gnosticorum, & Papi-
starum

Starum errores, de perfectione operum humano-
rum in hac uita.

III.

ETHNICI SAPIENTES, ET
virtute præstantes, quid à re-
natis seu sanctis
differant.

Philosophorum doctrina imbuti, & ea etiam
male utentes, ethnicis uiris sapientia & uirtute
excellentibus, plus iustò interdum, nimio ipsorum
fauore & admiratione adscribunt. Prodest igit
tur quasdam antitheses eorum & sanctorum in
conspictu habere, ut manifestū fiat, quid Alex-
ander Macedo & David, Plato & Paulus, & si-
miles præstantes uiri inter se differant.

Ethnici tantum habent carnalē natuitatem.

Renati à Deo spiritualiter renati sunt.

Ethnici retinent laruum Diaboli, infusam per
peccatum originis.

Renati habent aliquam restitutionem imagi-
nis Dei.

Ethnici carent uera Dei noticia, ambigunt de
essentia & uoluntate Dei, quantacunq; sapien-
tia, doctrina, uirtute, meritis præstent.

Renati uel sancti uero, habent certam & illa-
lustrem de Deo noticiam.

Ethnici omni iusticia imputativa deſtituuntur, quia ignorant & abhorrent Christum.

Renati iusticia Christi ornati sunt, quam sancte ſuo acquifuit.

Ethnici nullas habent uires renovatas, ſed tantum ueteres retinent, etiamſi carnali quodam modo excoluntur institutione & uſu.

Renati uero in mente habent aliquam nouam lucem, et facultatem in rebus diuinis, In uoluntate habent aliquam nouam inclinationem & potentiam ad eadem res caeleſtes. In corde acceperunt aliquam nouitatem in affectibus erga Deum.

Ethnici tantum externam disciplinam ſecundae tabulae Decalogi, eamq; non integrām praefant, id est, ſunt aliquo modo casti, ueraces in contractibus, modesti, abstinentes ab aliorum bonis, &c.

Renati non tantum opera discipline externe, ſed etiam opera interiora, & quidem prime tabulae Decalogi, incipiunt praefare.

Ethnici omnes ſunt tetri, turpes, horribiles idolatræ. Excellentissimi heroes in omnibus gentibus, profecturi ad bella, uel mactarunt hostias humanas, uel ſacra fecerunt Ioui, Marti, Diana & aut ſimilibus falsoſ numinibus, Reuerſi quoq; ex
prez

præijs, ad eadem recurrerunt, summa cum contumelia & blasphemia ueri Dei.

Renati uero sunt cultores ueri Dei, iuxta uerbum ab ipso Deo patefactum, & illustribus testimonijs confirmatum.

Ethnici sine fide in Christum opera præstantes, non possunt statuere suam disciplinam Deo placere. Imò Paulus inquit, Quicquid non fit ex fide, peccatum est, Rom. 14. Sed ethnici opera non sunt ex fide. Ergo.

Renati uero fide in Christum bona opera faciunt, & sciunt ea, licet imperfecta & imbecilla sint in hac uita, tamen placere Deo, & remunari propter Christum.

Ethnici tantum sequuntur rationis sue dum, & habent solummodo particulam legis naturæ, eam excolunt quantum possunt, Res uero spiritus Dei ignorant in uniuersum.

Renati uero habent uerbum Dei, ex ore Dei patefactum & traditum, multisq; miraculis ornatum & comprobatum, habent articulos fidei, quos nulla creatura citra revelationem Dei potuisset inuestigare, quorumq; noticia nobis adeò est necessaria, ut absq; ijs in meritis tenebris & aeterno exitio uersemur, habent integrum legis diuinae narrationem;

Ethnici reguntur à Diabolo, cuius sunt uasa & organa. Etiam si autem Deus furorem Diaboli non nihil coberget, ut non omnem disciplinam in eis impedit, non omnes in tragica mala præcipitet, omnes tamen cum sint idolatræ, necesse est etiam omnes esse Diaboli mancipia.

Renati uero sunt templa Dei Patris, filij & spiritus sancti, uasa & organa misericordiae diuinæ, uincentes Diabolum per Christum.

Ethnici licet opibus, potentia & alijs rebus ad tempus florent, tamen nō sunt populus Dei, placens Deo.

Renati uero sunt electus populus, & sancta Dei Ecclesia, cui se Deus manifestat, cui Deus per uerbum & Sacramenta, æterna bona communicat & distribuit.

Ethnici non possunt Deum uerè inuocare, neq; in ærumnis & miseris ueram Deoq; placentem patientiam exhibere, ratio, quia ignorant Mediatorem Christum, sicut idolatræ, & carent Spiritu sancto, ambigunt, desperant, confugunt ad media illicita.

Renati uero, uerè possunt inuocare Deum, quia scient quid sit Deus, & quod propter Christum sibi propitius sit, et quomodo spiritualia, quomodo corporalia bona sit largiturus. In afflictionibus norunt fontem, norunt remedium
aduersus

aduersus peccatum, norunt promissiones Dei, tenent certam spem de bono & utili euentu. Ideo se Dei uoluntati subiiciunt, non fremunt, perdurant.

Ethnici non possunt habere firmā & stabilem pacē in cōscientijs, in summis angoribus, et agonijs, quia Deum, Mediatorem, uerbum promissionis ignorant, ideo omnes in Syrtes despirationum deferuntur.

Renati uero habent in maximis agonibus, ubi lex, Diabolus, conscientia eos affligit, firmissimam et solidissimā pacē, quia Christus est ipsorum Mediator, Propiciator, Saluator, habent uerbum Dei, habent sigilla uerbi, habent arrha bonem spiritum sanctum.

Ethnici non possunt esse certi de beata uita apud Deum consequenda, ideo Elysios campos et alia fingunt.

Renati uero habent spem certissimam de leta resurrectione, & uita beata.

Ethnici post resurrectionem erunt omnes, quotquot non crediderunt in Christū, in inferno cum diuite epulone, q̄sia Christus inquit, Ioan. 3. Qui non credunt, non habebunt uitam eternam, sed ira Dei manet super eos.

Renati uero seu sancti, perseverantes in uera fide in Christum, trahit apud Deum in aeternam

Leticia & dignitate, fruentes conspectu Dei benigno, & dulci consuetudine angelorum, sicut uerbum Dei promittit.

In summis igitur rebus Ethnici non modo plebei, sed etiam heroes à Renatis vel sanctis differunt. Sed cur inquis eorum uirintes, inuentiones, & explicationes artium, eloquentiam, & alia huiusmodi tantopere miramur? Respondeo, si hoc in suo gradu & modo. Nam cum hæc opera omnium præstantissima sint, quæ ratio humana potest efficere, eatenus sane probamus, quantum cum lege naturæ, aut ueris principijs, naturaliter insitis, consentiunt.

Deinde multa ipsæ gentes etiam à patribus seu Ecclesia acceperunt, quæ tamen uarie coruperunt.

Tertio, artes, orationem & similia ut in hac uita carnali tantum sunt necessaria, ita ad eam etiam tantum accòmodamus, Theologiam uero hoc est res sacras, & pleniorem explicationem uirtutum seu bonorum operum, ut in Ecclesia loquimur, & exempla præcipuarum uirtutum, que in gentibus non extiterunt, ex sacris literis perimus.

Vsus huius commemorationis est, primum, Ne nimium Ethnicis tribuamus.

Deinde ut dignitas renatorū magis appareat.
Tertio,

Tertio, ut agamus Deo gratias, & oremus, ut
is qui caput in nobis opus bonum, etiam perfici-
at, & usq; ad exitum uitæ nostræ clementer nos
custodiat.

DE GLORIFICATIONE
ET RESTITUTIONE HO-
MINIS RENATI POST
HANC VI-
TAM.

De quarto nunc hominum statu, uti proposuimus initio, quedam adiencia sunt, ut magnitudinem & amplitudinem beneficiorum Christi expendamus, que sepe usq; in alteram uitam ex-
tendunt, eamq; gloriam, dignitatè, fælicitatem,
quotidianis suspirijs à Deo petamus, quam per
Christum, in resurrectione ex mortuis, conse-
quemur. Et hæc lux, & infallibilis spes in om-
nibus huius uitæ ærumnis & miserijs, præcipue
uerò, que propter confessionem veritatis & stu-
dium pietatis obueniunt, præluceat, ne franga-
mur, ne flaccescamus, ne æmulemur aut imite-
mur impios, ne momentaneæ deliciae nos pror-
sus capiant, fascinent, dementent. Propè enim
adest tempus, quo hæc mundana omnia, quan-
tacunq; ea sunt, finem suum fortientur, & ren-
natis perseverantibus in fide, æterna gloria,
æterna bona, cumulatim donabuntur. Impij

uerò, apostatae, claudicantes, filij huius saeculi, in eterna mala, in eternos cruciatus & dolores precipitabuntur, id quod tam certum tamq; ue- rum est, quām Deum existere, uiuere, ueracem esse, regnare.

Fontes autem huius doctrinæ sunt, loci de Euangeliō, de iustificatione, de promissionibus nouæ obedientiae, de resurrectione, de uita æterna, &c.

SERIES PARTIVM.

1. An sit aliqua glorificatio hominum uero quam futura.
2. De uocabulis.
3. Quid sit.
4. Quotuplex.
5. Vnde hæc glorificatio.
6. In quib[us] hominibus, & in quibus eorum partibus sit futura.
7. Quomodo hæc glorificatio sit futura.
8. De fine istius glorificationis.
9. De compositis.

I.

AN SIT VNQVAM GLORI-
ficiatio hominis integra
futura.

Si tantum

Si tantum in hac uita in Christum speraremus, miserabiliores essemus omnibus hominibus, recte inquit Paulus 1. Cor. 15. Firmo igitur pectori statuendum est, quod sit aliquando integrum hominis renati et credentis in Christum glorificatio; quae quidem in hac uita tantum inchoatur, subsecutura. Rationes in conspectu sint istae.

I. Verbum Dei perspicue et expressè istam glorificationem in æterna uita promittens, declarans et confirmans, ut Roma 8. Compatisimur, ut et glorificemur. Christus inquit Ioan. 5. Qui credit in me, habebit uitam æternam, et ego resuscitabo eum in nouissimo die, et capite 17. Vbi Christus de suo beneficio luculenter doctet, Ego inquit claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis. Item: uolo ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut uideant claritatem meam, 1 Cor. 13. Cum uenerit perfectum, euacuabitur quod ex parte est. Item Colos. 3. Cum apparuerit Christus uita uestra, tunc et uos apparebitis cum ipso in GLORIA. Hec et similia multa testimonia hanc doctrinam perspicue proponunt.

2 Exempla. Christus enim ipse, caput nostrum, resuscitatus ex mortuis, cum gloria ascendit in cælum. Ergo et nos per ipsum glorificabimur. Multi Christo in cruce moriente, resurrexerunt

ex monumentis, ac postea cum sanctis istos quadraginta dies, quibus Christus voluit se manifestare, & confirmare articulum de sua resurrectione familiariter conuersati sunt, ut hac ratione oculi humani exempla glorificatorum conspexerint. Elias in curru igneo, Enoch quoque uiui in gloriā illam cœlestem traducti sunt. Hec exempla quō ad doctrinam sunt uniuersalia, hoc est, certam faciunt hanc doctrinam, quōd secutura sit glorificatio fidelium, qualis est in sacris literis promissa.

3. Impossibile est credentes in Christū, in hac vita pessimè tractatos, & cum summa ignominia & immanitate trucidatos, nō rursum glorificari, presertim cum promissio[n]es Dei amplissima & luculentissimā ea de re extent. Item erit discrimen aeternum inter pios, qui in uera fide usq[ue] ad finem sue uitæ persisterunt, & inter impios, apostatas, persecutores. Ergo restat quedam piorum glorificatio.

4. Articuli fidei sunt, uerbo Dei & perpetuo Ecclesiæ consensu comprobati, credo resurrectionem carnis, & uitam aeternam. Ergo sine omni dubio glorificatio sanctorum ibi sequetur longè perfectior, quam hic est.

CONTRARIA.

Sadduceismus & Epicureismus, quibus pror

fus

sus negatur omnis resurrectio ex mortuis. Huc pertinet furor eorum, qui licet in Ecclesia Dei, secundum externam speciem, uersantur, tamen non curant ista aeterna magnopere, atque inanem huius uitæ gloriola ac felicitatem, aeternæ gloriae & beatitudini longè præserunt.

II.

DE VOCABULIS.

Integra & gloria hominis restauratio, quæ fiet in altera uita dicitur gloria & glorificatio. Colof. 3 Rom. 8. 1. Theſ. 2. itē gloria acquiſitio 2. Theſſal. 2. Quia nulla erit maior dignitas, quam restitutio hominis in statū integrum. Tali enim gloria oīs hic propter peccatiū carebamus, Roma. 3. Etsi autē quædam rursus per regenerationem inchoatur, tamen perfidio & abſolutio, in uitam aeternam uigilat Deo reieclæ est.

Dicitur & regeneratio Matth. 19. Vos, qui fecuti es̄tis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, fedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël, quia ibi fiet resuscitatio ex mortuis, unitio corporis & animæ, & funditus delecto peccato, iusticia atque integritate Deo placent homines fulgebunt.

Redemptio corporis nostri Roma. 3.

Ire in uitam aeternam Matth. 25.

Eſſe cohæredes Christi, Roman. 8. **V**ita

236 Quid sit glorificatio.

æterne heredes effici. 1. Petri. 3. Corona in cœlis 2. Timo. 4. Hæ phrases & similes, glorificationem hominis in altera vita describunt.

III.

QVID SIT

Est autem glorificatio hominis in altera vita, actio Dei, qua Deus credentibus in Christum, ex mortuis resuscitatis, imaginem suam plenè restituet, hoc est, peccato ex natura hominis in uniuersum deleto, corporis & animæ integritate, sapientia & iusticia homines ornabit, a translato in suum cœlestis regnum, in perpetuum conseruabit, ut ei obedientiam iuxta legem sicut angeli, præstent, & beneficia Dei in æternum celebrent. Hæc descriptio ex certis testimonijs scripturæ colligitur, quæ in huius methodi explicatione passim citantur.

III.

QVOTTVPLEX,

Omnes quidem, qui in Iesum Christum fiduciam suam posuerant, fruentur restitutione imaginis Dei, regno, & conspectu Dei benigno, leticia & uita perpetua. Sed tamen quedam dona in quibusdam fulgebunt, non communia omnibus, ut qui effuderunt sanguinem pro ueritate,

ritate, habebunt quandam gloriam, quam alij,
qui nihil aut parum pertulerunt, non habebunt.
Sicut in Apocalypsi dicitur capite 7. Hi sunt,
qui uenerunt de tribulatione magna, et laue-
runt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine
agni. Et Paulus ait, Stella à stella differt clari-
tate, sic et resurrectio mortuorum. 1. Corin. 15.
Eam uero peculiarem gloriam, non comitabitur
superbia, non inuidia aut emulatio ulla, sed po-
tius communis et aqua gratiarum actio et con-
gratulatio, acquiescens in Dei bonitate.

Glorificatio piorum in hac uita, est inchoata,
Glorificatio uero eorum in altera uita, est perfe-
cta, qualem nimirum ipse Deus, pro suo iudicio,
hominibus uult triguere, Nam gloria ipsius Dei
et sanctorum differunt, sicut finitum ab infinito.

CONTRARIA

Ista omnia confundere.

V.

VNDE SIT HÆC GLO-
rificatio.

Sicut resuscitatio ex mortuis non est huma-
num seu angelicum opus, uerum solius Dei, ita
etiam quecunq; ad glorificationem hominis æter-
nam pertinent, tantū sunt ex bonitate et omni-
potentia Dei, Matth. 25. Venite benedicti pa-

*tris mei, possidete paratum nobis regnum. Apo 7.
Absterget Deus omnē lachrymā ab oculis eorū.*

Promeruit autē hanc restitutionē seu glorificationem hominibus ipse filius Dei, factus homo, passione & obediētia sua Roma 5. Reconciliati sumus Deo per mortē filij eius. Item: Abundantiā gratiae & donationis, & iusticie accipientes, in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Item Rom 4. Resurrexit propter iusticiam nostram:

Hinc impulsus nota sunt nimurum ingens & immerita dilectio Dei erga homines, quos nullū omnes in perpetuum exitium abiici. Deinde meritū ipsius filij Dei, quā iniquāquam nos tantum propter hāc momentaneam uitam redemit, nec propter eam saltem nos regenerauit. Sed ut resuscitatos in eternā gloriā ac beatitudinem traduceret. Sicut inquit Christus, Pater uolo, ut ubi sum ego, & illi sūnt mecum, Ioan. 17. Hæ impulsus sunt etiam causæ nostræ iustificationis coram Deo & eternæ fælicitatis, quibus in omnibus temptationibus firmiter debemus inniti, ac cogitationibus de propria indignitate aut imbecillitate opponere.

CONTRARIA.

*Papisticus & omnium operistarum error,
quod saepe virtutibus, sine mandatis à Deo, sine
ab*

ab hominibus tantum traditis ac prescriptis, arrogant meritum istius æternæ et gloriose uitæ, contra meritum Christi, contra sententiam legis, que omnes execratur, non adferentes interiorē & exteriorem perfectissimam obedientiam, deniq; etiam contra propriæ conscientiæ iudicium, quæ subinde infirmitatis & indignitatis stimulos sentit. Immota est Pauli sententia, Quicunq; ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, Gala. 3.

Necesse igitur est, nos tantū iusticia per Christum parta, frui, quod quidem ad salutem æternam accipiendam attinet.

VI.

IN QVIBVS HOMINIBVS, ET
in quibus eorum partibus sit hæc
glorificatio futura.

Non autem uniuersum genus humanum pariter, ista tanta glorificatione post hanc uitam fruetur, Sed credentes in Christum duntaxat. Non credentes uero, æterna ignominia & deformatione punientur. Sicut disertè Christus docet Ioan. 3. Qui credit in filium habet uitam æternam. qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Item Matth 25. ait, ouiculas tantum in regnum cœlestis transferendas, hædos uero in supplicium

eternum coniuctos esse. item Marci. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Qui uero non crediderit, condemnabitur. Haec sententia a filio Dei perfacta et promulgata est, idcirco nequam fallit. Est enim Deus uerax.

Hinc porro manifestum est, tantum in Ecclesia Dei eos homines existere, qui tantam consequentur dignitatem & felicitatem, hoc est, iij, qui regenerati per uerbum & baptismum, perseverant in uera fide usque ad finem. Iuxta dictum, Beatus qui perseverauerit usque ad finem: Apostata uero & impudentes, cum profanis gentibus, eternas penas subibunt.

Fiet praeterea hec restauratio & glorificatio in tota hominis substantia, hoc est in corpore & anima, & omnibus facultatibus harum partium, Nam resurget hoc ipsum corpus uirtute Dei, quod terrae mandatum est, & illa ipsa anima, quae prius in eo uacuo habitauit, restituetur ei. Ioan. 6. Iob. 19. 1. Corin. 15.

CONTRARIA.

Affirmare, quod omnes homines pariter in nouissimo die sint glorificandi, contra sententiam diuinitus reuelatam Matth. 25. & passim alibi in Propheticis & Apostolicis scriptis.

Ethnici, qui sine cognitione ueri Dei ac sine fide in Christum uixerunt, facere participes istius glorificationis

glorificationis & uite æterne, contra luculentā
Christi sententiā, qui non credit, cōdemnabitur.

VII.

QVOMODO HÆC GLORIFICA-
TIO IN ALTERA VITA
SIT FVTURA.

Etsinemo hominum in hac uita, ullis uerbis
dignitatem & maiestatem illius gloriae, quam
Chr̄istus Iesus in nouissimo die omnibus creden-
tibus benignè largiturus est, exponere potest,
tamen de ijs, quæ in sacris literis ingēti Dei mi-
sericordia his de rebus reuelata sunt, utcunq;
balbutire debemus, ut beneficia Dei immensa,
que in hac uita accipimus, quæq; in altera magis
expectamus, in hisce turbulentissimis mudi tem-
peratibus ac naufragijs agnoscamus, & totis
pectoribus exoptemus.

Primum igitur is, qui nos creauit & regene-
ravit, etiam resuscitabit corpora nostra in no-
uissimo die, animasq; eis rursum inseret, et to-
tam hominis substantiā pristino decori ac splen-
dori restituet. Corpus enim in uniuersum sua
pollutione, quam peccato accessuerat, exuet
ac liberabit, atq; integritate excellentissimā in
omnibus membris reddet. Animam quoq; suis form-
ibus liberatam, ornabit uiribus longe præstan-
tissimis, purissimis & ualidissimis, quales in
Adæ anima ante lapsum extiterūt, hoc est, mens



recuperata sua integritate, sapientia in rebus diuinis, & externis, si que erunt, flagrabit. Voluntas restituta sua integritate, summa inclinacione & alacritate res diuinas omnes, & quidquid Deo placuerit, amplectetur, prosequetur & expediet. Cor restituta sua integritate, ardebit suauissima Dei dilectione, & alijs motibus, cum uoluntate Dei cōgruentibus. Hunc pulcherrimum virium in homine cōsensum, membra corporis etiā suo uigore et promptitudine subsequentur. Hec Paulus in 1. Cor. 15 preclarè tradit. Ait n. corpus surrecturu in gloria, futura immutacione nostri, & Ioannes inquit, Christum ideo apparuisse, ut destruat opera Diaboli, id uero in ea glorificatione hominis uel potissimum apparebit. Est autem peccatum & destructio hominum, opus Diaboli sceleratissimum, cui iusticia & integritas hominum opponitur.

Hac immutacione & ornatu hominis absoluato, hoc est, reddita imaginē Dei, fiet etiā translatio in regnum cælestē, quod in hac uita tantū si de ac spe tenemus. Sicut Christus inquit, sese latuimus esse sententia hisce uerbis, Venite benedicti patris mei, possidete regnum quod uobis paratum est à cōstitutione mundi. Ergo hic mortales rursum nō in terrestrem, sed cælestem paradisum transferuntur, sicut ait Christus ad latronē, Hodie memori eris in paradyso Lyc. 23. Itē ubi sum ego, &c.

In regno autem hoc cœlesti, fratio summorū bonorum sequetur. Gloriam enim magnam accipiēt ibi sancti, hoc est, premijs sufficientur summis pro suis miserijs, ærūnis, ignominia, supplicijs propter cōfessionē ueritatis perpetuis. Ro. 8. Existimo quod non sunt cōdigne passiones huius temporis, ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. Petrus coronam gloriæ immarcessibilē uocat, quam ibi sumus percepturi, 1. Pet. 5. Pau-
lus 2. Tim. 4. appellat coronam iusticie.

Videbunt sancti Deum in illa regni cœlestis consuetudine, & in eius cognitione proficiēt. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigma-
te, tūc autem facie ad faciem Quid uero dulcius erit, quam cum nostro redemptore corām collo-
qui, & eum audire de rebus summis nos institutis.
Hec tandem erit omnium illustrissima
Academia, & omnis sapientiae officina.

Cum angelis, sanctis Patriarchis, maioribus & posteris nostris, cōuictis & familiaritas erit incundissima. Sicuti enim damnati omnes, cum Diabolis & ijs qui flagiciorissimè in hoc mundo uixerunt, in æterno luctis & cruciatibus erunt, ita saluati, cum bonis angelis & iustis, quasi in una & florentissima Republica dulcem societatem colent.

Hanc gloriam et consuetudinem, cum optimis & iustissimis creaturis, comitabitur obedientia

glorificatorum iuxta uoluntatem Dei excellen-
tissima, ex toto corde, tota mente, tota uolunta-
te, & omnibus uiribus. Hac seruitute erga Deum
creatorem, Redemptorem, & saluatorem no-
strum, nihil erit pulcrius, sicut in Apocalypsi
aliquot typi depinguntur. Non enim ad uolupta-
tes corporis, ad propagationes liberorum, quae
ibi nullae erunt, ad imperia, & economias & simi-
lia, ea dignitas nobis contingit, sed ad res longe
sublimiores, sicut magis experiendo in altera ui-
ta cognoscemus, quam hic in tantis huius uite & te-
nebris explicare ualemus.

Deniq; ista omnia sequetur uita perpetuo
beata, nulli morti, nullis doloribus amplius ob-
noxia, sicut promittit Christus, Qui credit in me,
habebit uitam & eternam, Ioan. 3.

Ex hisce patet, quod mortis, Diaboli, afflictio-
num, vexationum & omnium miseriarum impe-
ria cessabunt, & acquiescent glorificati tanquam
in Dei uoluntate.

Quod porro Daniel inquit in hac aeternauia-
ta, doctos pre alijs ut astra caeli radiaturos esse,
& Paulus, Sicut stella à stella differt claritate,
sic & resurrectio, explicare in hac tanta mentium
nostrarum hebetudine non possumus, sed in illa
die, qua promissiones Dei complebuntur, coram
addebitum.

CONTRARIA.

Ethnici

Ethnici, Sadducæi, Epicurei hæc omnia for-
titer negant, quia uerbum Dei aut non habent,
aut non capiunt.

VIII.

DE FINE ISTIVS GLO-
rificationis.

Primus finis istius glorificationis est, ut Deus
philanthropiā suam erga homines declaret, ac
re ipsa testatū faciat, quod uelit quendam ipsorum
cætum, perpetuò secum degentem, habere.

2. Ut effectus promissionis diuinæ & meriti
Christi, re ipsa à credentibus cognoscatur & in
eis declaretur.

3. Ut in æterna uita homo, ista ingentia Dei
beneficia ardenti pectore celebret, & cum san-
ctis angelis creatori suo, iuxta eius voluntatem,
coram seruiat.

4. Ut sancti in ea uita recipiat præmia quem-
dam pro suis afflictionibus & laboribus in has
uita exaltatis, & in æternū eis bene sit. Matth.
25. 1. Timo. 4. Rom. 2:

CONTRARIA

Chiliastarum error, qui post resurrectionem
corporale & uoluptuosum regnum somniant.

IX.

DE COMPOSITIS.

AN HOMINES RENATI ET
glorificati in Angelicam naturam
transituri sint.

Opinio est, quod in hac vita cœlesti eō usq;
homines sint profecturi, ut in angelorū naturam
& fastigium evanescantur. Sed hec non sunt in sacris
literis reuelata, ideo assensus recte suspenditur.
Verisimile autē est mansuram esse distinctionē
specierū, nempe angelorū & hominū, etiam si
quædā dona crescent. Sed hec in Academia cœ-
lesti discemus. Utinam uero patescant studiose
disceremus, & recte ihs in hac vita frucremur.

II.

QVÆ S INT OMNIBVS GLORI-
ficatis communia futura,
quæ non.

Omnino communia omnibus saluatis erunt,
que in causa formalī recitauiimus, nempe,

1. Immutatio substantiæ seu restitutio imagi-
nis Diuinæ.
2. Translatio in regnum cœlestē.
3. Aspectus Dei, familiaritas cum Angelis &
omnibus electis, leticia summa &c.
4. Obedientia erga creatorem, qualem ipse
met requirit.
5. Vita perpetua, immunis ab omnibus malis.

Non cōmunia oībus erunt, quod aliqui pro-
pter labores, cōfessiones, supplicia, que propter
Deū in hac vita pertulerūt, peculiaria quædam
præmia habebūt, quæ qualia sint, coram uide-
bimus cum uoluptate & congratulatione, sine
enim initia.

III.

III.

QVID DIFFERANT GLORIFI-
catio credentium in hac, &
altera uita.

Respondeo. Glorificatio renatorum in hac
uita, tantum est precipue res spiritualis, & in
primis consistit in imputatione.

Et glorificatio in æterna uita, etiam fiet in
corpore nostro, & re ipsa iusti tota nostra
substantia efficiemur.

Huius uite glorificatio est tantum inchoatio
quædam: altera uero erit perfectio & absolutio.

Hæc impeditur, & deformatur sepe à pecca-
trice natura & Diabolo, imo etiam non raro
iterum effunditur. Altera semper retinebitur
& erit sine tentationibus, sine insidijs Diaboli.

Hæc nos relinquit in terris, altera nos trans-
ferret in regnum caeleste.

Hæc durat exiguo tempore. Altera durabit
in æternum.

DEO SIT LAVS
& gloria.

**

אָמֵן וְלֹא
יִהְיֶה כַּאֲשֶׁר
יָמַר לְךָ

אָמֵן וְלֹא
יִהְיֶה כַּאֲשֶׁר
יָמַר לְךָ

g. ac atom. leg. liquata in initio. ut tempore. t. c. v. co.

etiam in aliis. etiam in aliis. etiam in aliis. etiam in aliis.
ut tempore. t. c. v. co.

